



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines


Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.


We also ask that you:


- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>








Schweizer


YAEV

~~1207 D~~



EPICTETEÆ
PHILOSOPHIÆ
MONUMENTA.

TOM. I.



EPICTETI DISSERTATIONVM

AB ARRIANO DIGESTARVM,
LIBRI IV.

EIVSDEM ENCHIRIDION,

ET

EX DEPERDITIS SERMONIBVS

FRAGMENTA.

Post IO. VPTONI aliorumque curas,
denuo ad Codicum Msstorum fidem recensuit, Latina
Versione, Adnotationibus, Indicibus
illustravit

IOHANNES SCHWEIGHÆVSER,

Argentoratensis,

Instituti Literarii Reip. Gallofrancorum Socius.

TOMVS PRIMVS.


EPICTETI DISSERTATIONES.

LIPSIÆ

IN LIBRARIA WEIDMANNIA

MDCCXCIX.





IOANNIS VPTONI

PRÆFATIO AD LECTOREM.

Cum philosophos Urbe Italiaque *) edicto sub-
moverat Domitianus, Româ **) Nicopolin in
Epiro concessit Epictetus, atque ibi sub imperio
Trajani ***) disertationes plurimas sermonesque
habuit, ex præceptis institutisque Stoicorum: quos,
cum summâ laude & admiratione digni videren-
tur, ab Ære Senis exceptos scripto mandavit Ar-
rianus, auditor ejus inter multos alios præcullen-
tissimus: (fuit autem Nicomediâ oriundus, & ob
egregias animi dotes Romanâ civitate donatus,
amplissimisque auctus dignitatibus:) †) non tamen

a 3

eâ

*) Vid. A. Gell. Lib. 15.
cap. 11. & Sueton. in Do-
mitian. sect. 10.

**) In Epict. disertat.
passim. & apud A. Gell. in
loco supra citato.

***) Passim in his Diser-
tationibus. — [Momenta
nonnulla, quæ de Epicteti

Vita ad nos pervenerunt,
præter ea quæ ex ipsius
Disertationibus colligi pos-
sunt, infra post Fragmenta
Tomo III hujus operis col-
lecta dabimus. Schweigh.]

†) Vid. Epist. Arriani ad
L. Gell.

hoc munere suscepto, authorem nostrum versionibus Latinis & annotationibus illustrare. En fontes! unde aliz plerzque omnes, quz circumferuntur, emanârunt impressiones. Quod ad Sceggium attinet, quanquam in plurimis hallucinatur, non sua laude fraudandus est, quippe qui primus huic sanando scriptori, satis xgro, medicas manus adhibere non recusaverit. Doctior multo, & in aperiendâ mente philosophi felicior Wolfius, quem in versione, non tamen pressis vestigiis, potissimum sequor. Hujus annotationes, ut & Salmasii & Meibomii, (quas in lucem nuper Relandus protulit) si quz modo memoratu digniores viderentur, ad calcem rejeci & sæpe ad examen revocavi; quam quidem veniam & damus & petimus vicissim.

Nec interea silentio prætereundus est codex Salmanticz nitido caractere excusus, anno MDLV. Quumque Casauboni, magnæ apud literatos estimationis viri, consilium de authore nostro edendo intellexeram, (id enim ipse in *) epistolis indicaverat) non levi ardebam desiderio videnti observationes, quas ad oram libri adnotatas, in bibliotheca Cantabrigiensi extare audiveram. Verumenimvero nihil tanto nomine dignum inveni, nihil fere nisi lusus juveniles, aut qualia cuivis perfunctorie legenti videantur occurrere.

De

* Vid. Ep. IX. & XIII. & alibi.

De Regio codice MS. Parisiis servato; ita *) Casaubonus; „Quod rogas de Arriani codicibus, „scito esse quidem unum aut alterum ejus libri „exemplar in Regia bibliothecâ: sed ejus notæ, „ut nullum sit futurum operæ pretium contulisse.“ Hinc etsi nihil fere alicujus momenti sperare possem, nihil tamen mecum in animo decreveram negligere, quod ad authorem expoliendum usui fore existimabam. Habes itaque variantes lectiones istius codicis, qui quidem, (ut me monuit vir clarissimus Bernardus Montefalconius) e schedis constat sericis, & aut duodecimo aut decimo tertio seculo videtur adscribendus. Ab eodem quoque viro intellexi, aliud esse exemplar Florentiæ; sed quid in eo boni contineatur, ignotum: spes enim per literatos inspiciendi penitus me fefellit, ut & alterius, quem Venetiis custodiri inaudiveram.

Hiscæ igitur instructus subsidiis, cum novam procurare editionem jam essem aggressus, mihi ex insperato vir amicissimus Jacobus Harris codicem Venetiis editum dono misit, cui ad marginem variæ adscribebantur lectiones, adjectis in calce his verbis, si recte legerim; erant enim obscurissima. „Librum hunc, quum anno elapso „alterum ex eadem officinâ (quem vir ille doctrinâ „& morum præstantiâ celebratissimus Cardinalis „Sal-

a 5

*) Ep. 539. D. Hoeschelio.

Hoc interea Lector sciat velim, Epictetum sui semper similem, optimum esse sui interpretem: hac de causa non modo in notis locos adduxi parallelos, sed indicem etiam addidi, ut uno aspectu, locos inter se diversos conferendo, sensus phrasium verborumque, quae a Stoicorum praecipue disciplinam petuntur, facilius percipiatur. Hisse vero & reliquis, quae publici juris feci, necum candide fruatur lector, & aequi bonique consulat.



IOHANNES SCHWEIGHÆVSER

LECTORI

Veri nominis Philosophiæ cultori

S. P. D.

Equidem studiose olim **EPICETI SERMONES** perlegens, haud fere secus me adfectum subinde inter legendum fenseram, atque discipulos ipsius Philosophi, cum præsentem coram audirent magistrum, adfeci solitos **Arrianus** in præfatione ad **L. Gellium** commemorat. Quo magis & mirari sæpenumero & dolere subiit, cum haud sane pro merito in vulgus cognitum, & multo utique rarius quam par esset, non dico in manibus levis disolutæque juventutis, sed eorum etiam qui seria studia amant coluntque, versari tam admirabile veteris Philosophiæ monumentum animadvertirem. Cujus neglectus eas fere esse causas intelligens, quæ a me nuper admodum, in Præfatione ad **Enchiridion** nova recensione instauratum, sunt expositæ;*) quod in me esset constitui conferre,

*) Prodiit illud, simul ex *librariis Weidmannianis* nunc cum *Cebetis Tabula*, *Lipsiæ* diebus vernalibus hujus anni

is ego sum qui meâ magnopere mirer: sed quemadmodum, de aliorum ratione quid sentiam; ubi ad propositum facere videtur, sine ira ac studio libere dicere adsuevi; sic alios mea reprehendentes non modo facile fero, verum etiam lubens gratusque dare operam soleo, ut doctiorum ex admonitione, de communibus studiis bene merentium; quantum plurimum possim, proficiam.

PARISIENSES CODICES MANUSCRIPTI, quibus mihi in recensendis Epicteti Dissertationibus licuit uti, tres fuerunt. *Primus*, quem nota *pa.* insignivi, in Catalogo Græcorum Codicum Bibliothecæ olim Regiæ num. MCMLVIII. recensetur, membranaceus, luculenter scriptus; in quo, præter Epicteti Dissertationes, continetur Hieroclis in Aurea Carmina Commentarius. Aetas codicis in Catalogo ad seculum decimum quintum refertur. Mihi quidem paulo vetustior visus erat: estque etiam in fronte codicis notula ab alio docto viro scripta, qui ætatem illius ad Sec. XIV. retulit. Neque vero idcirco melioris notæ hic est, verum etiam paulo inferior *altero* illo, chartaceo five bombycino, quem *pb.* adpellavi, qui in eodem Catalogo num. MCDXVII. commemoratur, cujus ætas ibidem pariter ad seculum XV. refertur. Est hic Codex *pb.* minuto admodum caractere

caetera multa cum cura & elegantia descriptus: continetque, præter Epicteteos sermones, cum minora nonnulla alia, tum præsertim Aristotelis Ethicorum libros VIII. & Magnorum Moralium, quæ dicuntur, libros duo; quorum ex collatione librorum cum exemplo typis vulgato cognovi, quantum fit quod accedere posset ad perfectiorem operis Aristotelis editionem, si scripta hujus philosophi ad veterum codicum fidem, qui magna copia in Bibliothecis supersunt, exigenterentur.

Non magis in hoc codice *ph.*, quam in duobus aliis, vel scribæ nomen adjectum est, vel anni nota adscripta. Adtexta sunt tamen in hoc nonnulla, quæ partim ad scribæ, partim ad primum libri possessorem, qui illum describendum curaverat, aliquatenus notos nobis faciendos spectant; quæ quum nec alioqui lectu injucunda sint futura, huc transcribere non gravabor. Scilicet ad calcem Dissertationum Epicteti hæc subscripsit librarius:

Δόξα τῷ εὐεργέτῃ καὶ σωτῆρι Θεῷ. Γέγραπται τὰ τοῦ Ἐπικτήτου Ἠθικὰ ἐνταῦθα, βιβλίοις ἐμπεριεχόμενα τέσσαρασιν· ὧν τὸ πρῶτον ἐν κεφαλαίοις τριάκοντα περατοῦται· τὸ δὲ δεύτερον τῷ εἰκοστῷ καὶ ἕκτῳ ὁρίζεται· τὸ δὲ τρίτον τοῖς ἄκοσι τέσσαρασι*) περιγράφεται.

τῷ

*) Animum haud fatis ad istud scriberet. Certe in evertentat vir bonus, cum dem codice, æque ac in aliis,

τῷ τετάρτῳ δὲ καὶ τελευταίῳ τὰ δέκα πρὸς
 τρισὶ τὸ πέρας ἐπισφραγίζεται. Καὶ χάρις τῷ
 Θεῷ τῷ δεδοκῆτι εὐμαρῶς ἡμῖν διανυσθῆναι
 καὶ τοῦτο ὃς καὶ κατὰ τὸ αὐτοῦ σωτήριον θε-
 λημα βιοῦ ἀξιώσειεν ἡμᾶς, ἵνα τῆς αὐτοῦ μα-
 καριότητος τυχόντες, τοῖς γνησίως αὐτὸν θε-
 ραπεύσασιν εἰς αἰῶνα ἀποκειμένης, σὺν πᾶσι
 τοῖς κατὰ τὸ ἅγιον αὐτοῦ θελημα πολιτευσα-
 μένοις, συμβασιλεύοιμεν εἰς αἰῶνα αὐτῷ, εὐ-
 λογοῦντες, ὑμνοῦντες αὐτόν. ἀμήν. Initio vero
 Disertationum Epicteti, post Indicem capitum
 libro primo comprehensorum, cum dimidia pars
 paginae vacua relicta esset a librario, ipse posses-
 sor olim codicis, qui suum in usum describen-
 dum illum curaverat, haec adscripsit:

Ὁ Ἐπίκτητος οὗτος*) τὴν ἠθικὴν φιλο-
 σοφίαν αὐτὸς τε ἐξεῦρε, καὶ ἥσκησεν ἐν ἑαυτῷ
 πάνυ καλῶς, καὶ τοὺς προσιόντας ἐδίδασκε,
 λόγοις τε καὶ τῷ καθ' ἑαυτὸν ὑποδείγματι.
 Ὑπομνήματα δὲ τῶν ἐκείνου λόγων τάδε ἐστίν.

Ἀρρίτοι

aliis, viginti sex Capita
 complectitur Liber tertius,
 quemadmodum & Secun-
 dus.

*) Id est: Epictetus hic
 Moralem Philosophiam &

ipse per se praeclare excoluit
 exercuitque, & eos, qui ipsum
 conveniebant, cum verbis do-
 cuit, tum suo exemplo. Sunt
 autem haec sermonum illius
 monumenta, ab Arriano quo-
 dam,

Ἀρριανῶ τινι ὁμιλητῇ αὐτοῦ καὶ σοφῶ πάνυ ἐκτεθειμένα. Τούτων πολλὰ καὶ οἱ τῆς ἱερᾶς ἐκκλησίας διδάσκαλοι ταῖς ἡθικαῖς αὐτῶν ὀμιλίας ἐνέπλεξαν. τῷ γὰρ Φυσικῷ λόγῳ τε καὶ νόμῳ λαὸν εἰρων συνάδοντα· οὗ δὴ πρὸς αὐξῆσιν αὐτοὶ καὶ βεβαίωσιν ἐν τοῖς τῶν ἀκροαμένων ψυχᾶς, μετὰ τὰς τῆς ἱερᾶς γραφῆς ἀναπτύξεις, τὰς ἡθικαῖς συνήπττον διδασκαλίας. Διὸ καὶ ἡμῖν ἐτι νέοις οὔσι, καὶ περὶ λόγους ἡσχαλημένοις, ὑπὲρ πάντας οὗτος ἐσπουδάσθη σοφοὺς, τοὺς ἐν Ἑλλήσι τετυχηκότας ὀνόματος· καὶ τὸ βιβλίον ἐκγραφήναι ἡμῖν ἐφρονησάμεν. Ἔττα καὶ τὰ Ἠθικὰ Ἀριστοτέλους συγῆψαμεν. Ἄλλ' Ἀριστοτέλης μὲν τεχνολογικὸς τῆς κατὰ ἡθῆ τελειότητος ὑφηγητῆς ἐστίν

b 2

ἐν

dam, discipulo ejus, viro admodum sapiente, exposita. E quibus sancta quoque Ecclesiae Doctores multas sententias suis sermonibus ad populum habitis inseruerunt. Viderant enim cum naturali Ratione Legeque admodum consentientes: quam ut in auditorum animis auferrent firmarentque, post Sacrae Scripturae explanationem morales institutiones solebant

adjicere. Quare et nos, adolescentibus cum essemus, et litterarum studiis daremus operam, praeter ceteris omnibus Sapientibus, qui inter Graecos nomen sortiti sunt, in hujus studium incubuimus, et librum hunc nobis describendum curavimus. Deinde etiam Aristotelis scripta Moralia adjunximus. Sed Aristoteles quidem, in illis libris, artificiosa subtilitate univer-

sam

ἐν τοῖς συγγράμμασι τούτοις· οὗτος δὲ, θεωρητικαῖς καὶ πρακτικαῖς ὑφηγήσεσιν, τὴν ἐπὶ τὸ βέλτιστον τέλος τῶν ἀνθρώπων ἡθῶν ὁδὸν ὑφηγεῖται· καὶ τὴν τοῦ Φυσικοῦ λόγου τε καὶ νόμου ταῖς ἡμῶν ψυχαῖς αὔξην καὶ καρποφορίαν μεθόδοις σοφωτάταις ἐντίθησιν, ὥσπερ αἱ τὸν οὐράνιον καὶ εὐαγγελικὸν ἡμῖν ἔξαπλοῦν τοῦ Θεοῦ νόμον ἦν αὐτῷ προὔργου. Οὗτος θεὸν μὲν ἕνα ἐφρόνει, ποιητὴν τε καὶ προνοητὴν τοῦ παντός· ὡς ἐν πολλοῖς μέρεσι τῶν λόγων τούτων δῆλόν ἐστι τοῖς συνοραῖν καλῶς δυναμένοις. τὸ δὲ τῶν χυδαίων εὐλαβούμενος πλήθος, ἔστιν οὐ πρὸς κατασκευὴν τῶν οἰκείων λόγων τὴν αὐτῶν πολυθεΐαν ἐλάμβανε· λέξεσι μόναις, οὐ ψυχῇ καὶ γνώμῃ ταύτην τιθεῖς· διορθοῦν τε

τὰ

Sam disciplinæ Moralis scientiam explicat: hic vero, cum theoreticis institutionibus, tum practicis, viam ad præclarissimum finem moribus hominum propositum præbit; Et, ut naturalis Ratio atque Lex in animis nostris incrementum capiat fructumque ferat, sapientissimis rationibus efficit; tamquam ei propositum fuisset, celestem Et evangelicam Dei legem nobis exoptauit. Deum

hic unum esse statuit, procreatorem gubernatoremque aniverſi; quemadmodum multis e locis Sermonum ejus manifestum fit eis, qui hæc talia recte judicare valent. Sed, cum imperitis de vulgo hominibus cautione utens, nonnumquam ad confirmanda sua ipsius præcepta, polytheismum illorum veluti a se concessum jurebat; verbis solum, non ex animi sententia illum ponens; Et ex ipsa

τὰ ἐκείνων ἤδη βουλόμενος, καὶ ἐκ τῆς ἐψευ-
 σμένης ἐν αὐτοῖς ὑποθέσεως περὶ τοῦ Θεῶν πλῆ-
 θους. Διὸ καὶ τῶν Χριστιανῶν μέμνηταί ποῦ
 σὺν εὐλαβείᾳ, Γαλιλαίους αὐτοὺς ὀνομάζων·
 οὕτω γὰρ ἔτι τότε ὀνομάζοντο. Ἐπίιοι δὲ ἰστο-
 ροῦσιν αὐτὸν καὶ τῷ κηρύγματι τῆς ἀληθοῦς
 Θεολογίας, δι' ἣν ἡ Θεία γέγονεν οἰκονομία καὶ
 ἡ τοῦ Θείου λόγου φανέρωσις, προστεθείσθαι
 καλῶς, καὶ τῇ τοῦ Χριστοῦ πίστει τοῦ κυρίου
 ἡμῶν· μὴ βούλεσθαι δὲ φανεροῦν, ὑποχω-
 ροῦντα τῇ βίᾳ τοῦ διωγμοῦ, ὃς ὑπὸ Νέρωνος
 πρώτου κινήθεις, μετὰ πολλῆς τῆς σφοδρότη-
 τος, ἔμμενεν ἔτι καὶ πρὸς τῶν αὐτοῦ διαδόχων
 καὶ σὺν ἐλάττοσι τῇ δριμύτητι· ὅτε καὶ αὐ-
 τὸς ἠγκμαίσειεν ὁ σοφός· μάλιστα δὲ ἐπὶ τοῦ Οὐε-
 σπασιανοῦ.

b 3

Tertius

ipsa etiam falsa hypothesis, quae apud illos valebat, de decorum multitudine, corrigere mores illorum studens. Quare etiam Christianorum alicubi caute meminuit, Galilaeos vocans; hoc enim nomine tum temporis adhuc appellabantur. Narrant vero nonnulli, fuisse eum etiam verax de Deo doctrinae et aconomiae divinae per Dei verbum nobis patefacta, si-

deique in Christum dominum nostrum, ex animo additum; noluisse vero extrinsecus declarare, cedentem persecutionis violentia, quae sub Nerone primum magna cum vehementia orta, sub nonnullis ex ejus successoribus etiamnum durabat, quantum non cum tanta acerbitate, quo tempore vixit hic Sapiens, maxime vero sub Vespasiano.

Tertius Codex, quo usus sum, quem in Adnotationibus ad Dissertationum libros notâ *pc.* insignivi, est idem ille olim Regius num. MCMLIX, de quo satis copiose nuper in præfatione ad Enchiridion separatim editum dixi, ubi eundem nota *Pa.* designaveram. Quem codicem, quamquam recentem admodum, tamen, quemadmodum, in Enchiridio & in Simplicii Commentario, sic & in Dissertationibus Epicæti minime spernendum esse iudicabunt hi, qui lectiones ex eo prolatas considerare voluerint. Et id quidem maxime opportune in hoc codice nobis accidit, ut, quum sæpe, ubi duo priores codices veram dabant scripturam, hic mendosam quæ olim vulgata erat representaverit, sæpe rursus, ubi illi in communi cum libris vulgatis errore versabantur, hic verissimam lectionem vel vero proximam offerret.

Quod vero Vptonus communicatas secum ait esse lectiones *e codice MS. Parisino, e schedis sericis constante, quem duodecimo aut decimo tertio seculo adscribendum Montefalconius censuisset*, id quale sit, haud satis liquet. Longe plurima pars earum lectionum, quas e MS. Parisino Vptonus citavit, tam in eodice nostro *pa.* quam in *pb.* leguntur: nec est earum ulla, quin in alterutro horum reperiat. Sed sunt nonnullæ, quas solus *pb.* habet, non *pa.* veluti *ἐχθρὸν αὐτ.* in Arr. Epist. ad L. Gell.

L. Gell. vi. 6. εἰ νέος, Disf. II. 10, 10. στερεκτι-
 πόν, II. 10, 23. At sunt aliquanto plures lectio-
 nes e membranaceo cod. *pa.* ductæ, quæ in bom-
 bycino *pb.* non reperiuntur: verbi causa, οὐδ'
 ἂν χρώματα, I. 6, 2. πόσου σοῦ ἐγὼ, I. 10, 6.
 ἀρεῖ; II. 2, 20. ἐπὶ τοῦτο, II. 7, 9. μηδὲν οὐκ
 ἔστι, II. 17, 28. Tum, si alter ex his codicibus
 seculo XII vel XIII adscribendus Montefalconio
 visus erat, fuerit is puto *pa.* potius, quam *pb.*
 At ille membranaceus est, non e sericis constat
 schedis. Sed ne ipse *pb.* quidem e sericis, verum
 e *bombycinis* schedis, id est cottuneis, quæ a lineis
 vix differunt, constat: neque vero usquam char-
 tam ejusmodi a Montefalconio (in Palzographia
 quidem Græca) *sericam* esse adpellatam memini.
 Igitur, de Parisiensibus codicibus quid ad Vptonum
 scripserit vel scribendum curaverit Monte-
 falconius, nescio: sed, quidquid illud fuerit, ve-
 reor ne mentem doctissimi viri parum recte ac-
 ceperit Vptonus, eoque in turbas, quas dixi, in-
 ciderit. Cæterum illud satis adparet, non per-
 petuam aliquam collationem codicum Parisien-
 sium, ac ne unius quidem ex illis, fuisse Vptoni
 causâ institutam; sed passim solummodo unam
 alteramve lectionem fuisse excerptam, cum illo-
 que editore communicatam. Quisquis vero pro-
 barum lectionum segetem, quas e tribus, quos
 dixi, Parisiis libris in medium contulimus, con-

sideraverit, facile is nobis adsentietur, nec supervacuum a me laborem esse susceptum, cum codices hos quam potui diligentissime excussi, nec operæ in eum laborem impensæ poenitere me debere; simulque idem intelliget, quam sive temere sive parum ingenue Isaacus Casaubonus olim cum Davide Hoeschelio, candidissimo viro, & cum de omni re literaria, tum sigillatim de ipso Casaubono optime merito, egerit, cum ei, de eisdem codicibus Parisiensibus roganti, responderet, *ejus esse notæ, ut nullum sit futurum operæ pretium contulisse*: quod responsum, pro miserâ præsertim conditione, quâ tum temporis erant quotquot exstabant Dissertationum Epicteti editiones, quam fuerit a veritate alienum, quælibet pagina nostrarum Adnotationum poterit docere.

Iam plurimam quidem partem probarum lectionum, quas nobis obtulerunt nostri codices, ante nos Vptonus in ora sui libri notatas repererat, e codicibus Italicis excerptas: attamen & spicilegium haud spernendum iidem nostri codices suppeditarunt; & eas ipsas lectiones, quas Vptoni codex dabat, jucundum erat horum etiam auctoritate comprobatas comperire. Quæ res eo etiam majoris erat momenti, quoniam haud ita certum erat, an lectiones omnes, quæ in ora libri illius Vptono ab Harrisio donati adnotatæ erant,

erant, e manuscriptis codicibus ductæ fuissent; cum credibile admodum esset, earum nonnullas e conjectura fuisse ductas, quas quidem a cæteris nullo certo signo distinguere licebat, Vptonus certe nullo modo distinxit: qua de re cum aliàs subinde in Adnotationibus, tum ad III. 24, 46. a nobis dictum est. Habebant præterea aliud incommodum variantes illæ Lectiones, ab Vptono ex ora sui codicis prolata; quod, cum duobus e codicibus msstis essent depromptæ, non adnotatum fuerit, quænam uni, quænam alteri deberentur, quas rursus uterque codex communi consensu dedisset: quæ si fuisset cautio adhibita, de utriusque codicis per se indole, & de cujusque lectionis ratione, certius aliquod iudicium facere potuissemus. Subinde vero etiã adparebat, vim rationemque notarum oræ illi inscriptarum non satis fuisse ab Vptono perceptam, & interdum quoque lectionem aliquam alienam ad locum relatum; cui incommodo opportunum subinde remedium nostri adtulerunt codices Parisienses. Haud raro vero etiã optimas quasque lectiones five ex Italicis codicibus five e MS. Paris. ab Vptono prolatas quidem reperiet lector, sed eas in Notis sepositas ac veluti relegatas; quæ a nobis demum in contextum cooptatæ, necessariam corruptæ olim scripturæ medicinam adtulerunt. Sed bene multæ utique præstantissimæ lectiones ex eis-

dem Italicis codicibus non modo prolata ab Vptono, verum etiam in usum recepta sunt, multaque lacunæ feliciter expleta, ubi nostri codices cum vetustioribus editionibus communi in errore versabantur. Haud pauca vero item supersunt loca, haudquaquam etiamnunc satis expedita, quæ vel depravatione aliqua perversioneque scripturæ, vel verborum nonnullorum omissione laborare videntur: quorum bona pars fortasse sive integritati suæ restitui posset, sive tolerabile saltem probabileque remedium esset acceptura, si eosdem ipsos codices, e quibus excerpta sunt lectiones ab Vptono prolata, denuo excutere, aut alios his similes ac fortasse etiam meliores, quos in Italiae bibliothecis etiamnunc latere credibile est, in consilium vocare liceret.

SVPERIORES *Disertationum* EDITIONES, unâ Salamanticensi exceptâ, quâ ægre carui, cuncta mihi, hanc editionem adornanti, ad manus semper & ante oculos fuere: Veneta Trincavelli MDXXXV; Basileensis prior, cum Scheggii versione & notis, MDLIV; (quæ in Varietate Lectionis ad Enchiridion, nuper a nobis cum Cebetis Tabula editum, *Ed. Bas. 2.* insignita erat;) Basileensis altera, Hieronymi Wolfii versionem & Notas exhibens; (quæ in Var. Lect. ad Enchir. erat *Ed. Bas. 3.*) Coloniensis MDXCV; Genevensis, eodem

eodem anno in lucem emissa; Cantabrigienſis MDCLV; Londinenſis MDCLXX. Quibus de omnibus quum in Praefatione ad Enchiridion nuper ſatis dixerim, nil adinet plura nunc verba facere. Sed de *Wolfiana editione Enchiridii* liceat nonnihil, quod me tunc, cum illa ſcriberem, praeterierat, hoc loco ſupplere. Scilicet, cum in Praefat. ad Enchirid. pag. XXXI & ſqq. de editione illa Wolfiana diſererem, quam in Var. Lect. *Ed. Baſ.* 3. adpellaveram, cujus in titulo annus nullus eſt notatus, ſed cujus praefationi ſubſcriptus eſt annus MDLX, quam unam dicebam eſſe editionem a Wolfio procuratam; noveram equidem, citari paſſim Wolfianam Enchiridii editionem, quae annum MDLXI in titulo notatum haberet,*) quaeque adeo diverſa ab illa, qua ego uſus eram, videri poſſet: ſed ſuſpicatus eram, poſtquam primus ille Tomus, quo Enchiridion cum Cebeſis Tabula continetur, eodem anno MDLX, qui Praefationi ſubſcriptus eſt, in publicum fuiſſet editus, deinde fortaſſe, cum ſecundus acceſſiſſet Tomus, cujus Praefatio anno MDLXI ſcripta eſt, nonnullis exemplaribus ejusdem Tomi primi annum MDLXI in titulo fuiſſe inſcriptum. At docere me potuerat ſaltem id, quod in Var. Lect. ad Enchir. p. 73. col. 2. a me ipſo obſervatum eſt,

differre

*) Ea ſe uſum eſſe, diſſuſus erat in Praef. ad Enchirid. ſerte etiam Heynius profeſ-

differre illam editionem ab ea qua^s ego usus eram. Nunc, ex quo in lucem emissum est nostrum Enchiridion, pervenit his diebus in manus meas per Tubingensis amici benevolentiam exemplum ipsius illius editionis Wolfianæ, quæ annum MDLXI fronti inscriptum gerit: cujus ex collatione, cum duabus editionibus Bas. 2. & Bas. 3., quibus olim usus eram, diligenter institutâ, primum hoc cognovi: Enchiridii contextum, qualis in edit. MDLXI exhibetur, non esse a Wolfio emendatum, sed nude e superiori edit. Bas. 2. (quæ anno MDLIV apud eundem Oporinum prodierat) ad verbum & ad literam repetitum.*) Tum porro illud intelléxi: de edendo Græco Enchiridii exemplo a se emendato statim ne cogitasse quidem Wolfium,

*) Itaque, quidquid in Var. Lect. ad Enchirid. a nobis in ed. Bas. 2. prolatum est, id pariter in hanc valet: nec nisi oppido paucissima loca sunt, in quibus (partim consilio, partim casu) ab edit. MDLIV differt hæc anno MDLXI in lucem emissa. Scilicet pro mendoso ἔκκλησις, quod erat in cap. 1. emendatum est ἔκκλησις. Tum cap. 7. (ed. Wolf.) pro τῶν ἐφ' ἡμῖν, est τῶν δ' ἐφ' ἡμῖν. Cap. 30. in ora

per errorem ex ora capituli 27. repetitum est verbum ἡρέδικε, pro βουλεύσασθαι quod in ora ed. Bas. 2. recte positum erat. Cap. 52. pro τοσοῦτον, quod in Bas. 2. erat, est τοσοῦτου. Cap. 72. in ora, pro εἴρηκεν, mendose εἴρουκεν scribitur. Denique Cap. 73. in ora, pro ἔρχου, quod erat in Bas. 2., est ἔρχη. Quæ scripturæ omnes deinde eodem modo repetitæ sunt in ea editione, quam ed. Bas. 3. appellavi.

Wolfium, solamque Latinam Versionem cum suis Adnotationibus & Praefatione (sive Epistolâ deditatoriâ ad Hainzelium data) Oporino typis describendam misisse; sed Versioni Wolfianæ a typographo Græcum contextum ex edit. Bas. 2. fuisse adjectum, atque ita libellum istum anno MDLXI primum in lucem esse emissum: deinde vero ipsum etiam Wolfium Græcum contextum a se emendatum imprimi curasse in ea editione luculentius impressa, de qua nos loco citato fuse disputavimus; quæ, tribus constans tomis, anno demum MDLXIII absoluta & in lucem emissa est; qua quidem in editione Enchiridio nulla alia præfixa est Praefatio, nisi eadem Epistola ad Hainzelium anno MDLX scripta; sed, præter Emendationes Græco contextui a Wolfio adlatas, ad oram quoque novæ nonnullæ lectiones adpositæ sunt, quæ in ed. Bas. 2. & in illa quæ 1561. prodiit, non legebantur, atque etiam Adnotationes nonnullis in locis auctæ, veluti cap. 26. (ed. Wolf.) ubi τοῦ ἀγαθοῦ pro τοῦ ἀπαθοῦς commendatur, & cap. 55. ubi pro προσελθόντι legendum προσελθόντι monetur, quod & ipsum in contextum receptum est. Ita fit, ut, quam ego editionem *Bas. 3.* adpellaveram, ea (si subtilius quæras) fuerit *ed. Bas. 4.* adpellanda, contra *Editio Bas. 3.* numerari illa debuerit, quæ anno MDLXI prodierat. At poterat etiam in adnotanda Lectionis

Varietate hæc ipsa Editio, quæ anno MDLXI prodiit, citra magnum incommodum hætenus quidem omitti, quatenus eadem, quod ad Græcum contextum & ad lectiones in ora notatas adinet, tantum non constantissime cum *ed. Basf. 2.* consentit; quod verò ad Versionem latinam & ad Adnotationes spectat, non differt a nostra *Basf. 3.* nisi quod in hac paululo locupletiores, quam in illa, sunt Adnotationes.

Sed hæc hætenus. Ipsum ENCHIRIDION, quoniam eas ob causas, quas suo loco exposui, separatim a nobis editum est, potuerat ab editione hac *Disertationum Epicteti* abesse. Sed, ne quid ex his, quæ in Vptoniana insunt editione, hic desideraretur, nolui brevi libello locum suum in hac collectione Monumentorum Epictetæ Philosophiæ invidere; quum præsertim instituti ratio postularet, ut & Notæ Vptoni in eundem libellum, quæ in critica editione locum non invenerant, hic repræsentarentur, & ut Indices, cum Græcitatibus, tum Nominum Propriorum, non solum ad Disertationes, sed simul ad Enchiridion & ad Fragmenta peræque referrentur. Igitur, quum primus hujus operis Tomus *Disertationes Epicteti*, alter *Adnotationes ad easdem* complectatur, initio tertii Tomi *Enchiridion* locavi, & tale quidem omnino, cum quod ad Græcum exemplum,
tum

tam quod ad Latinam versionem, quale ab ipso Vptono erat editum; satis habens, Graeco contextui Varietatem Lectionis subijcere, cum e notabilioribus quibusdam Editionibus, tum e Codicibus manuscriptis excerptam; eâ lege, ut e manuscriptis quidem codicibus non nisi illas adponerem Lectiones, quæ aut verissimæ esse mihi visæ essent, aut illustrem aliquam speciem veri habere; ex Editionibus vero Meibomii, Heynii, Villebrunii, & nostrâ, lectiones omnes, quæ a lectionibus Vptono probatis discederent, adnotarem.*)

In recensendis Epicteti FRAGMENTIS quid secutus sim, docui in præfatione Adnotationibus ad eadem Fragmenta præmissâ. Quod *Gracitatis* INDICEM Vptoniano longe uberiolem, & (ut ego quidem arbitror) commodiorem dederim, talemque qui simul *Judicis Rerum* vice posset fungi, non dubito, gratum me fecisse multis: neque ve-reor, ne probaturi sint plerique, quod *Nominum*
Propri-

*) Dum Enchiridii mentionem facio, liceat obiter hoc loco *Errata* nonnulla corrigere, quæ per operarum lapsum in *Præfationem* irreperunt *criticâ nostrâ* editioni *Enchiridii* præmissam. Scil. p. 76. lin. 10. a fin. pro *sunt* lege *sint*. Pag. 84.


lin. 1. pro *proferræ* lege *conferre*. Pag. 94. l. 3. lege *his verbis*. Pag. 108. l. 11. a fin. pro *detractato* lege *detractio*. Pag. 118. l. 6. pro a tribus lege *e tribus*. Pag. 123. in not. col. b. lin. 5. a fine, post *Tabulam* adde *adparatu*.

Propriorum Indicem, quem alteri mixtum Vptonus dederat, ab illo separaverim.

Vale, Candide Lector, &, quod si quid ad promovendum bonarum artium Sapientiaque vere nominatae studium hac nostrâ operâ collatum judicaveris, quod mihi quidem in eâ suscipiendâ in primis propositum fuisse profiteor; Deo Optimo Maximo, qui hæc nobis otia fecit, mecum age gratias, reliquisque nostris conatibus eodem spectantibus fave. Scripsi Argentorati, exeunte mense Flor. anno Reip. Gallo-Franc. VI. post Christum natum M.DCC.XCVIII.

ΑΡΡΙΑΝΟΥ
ΤΩΝ
ΕΠΙΚΤΗΤΟΥ ΔΙΑΤΡΙΒΩΝ
ΒΙΒΛΙΑ ΤΕΣΣΑΡΑ.

EPICETI DISSERTATIONVM
AB ARRIANO DIGESTARVM
LIBRI QVATVOR.



ΑΡΡΙΑΝΟΥ,
ΕΠΙΚΤΗΤΟΥ ΔΙΑΤΡΙΒΑΙ.

Ἀρριανὸς Λουκίῳ Γελλίῳ εὖ κράτῃεν.

Οὔτε συνέγραψαι ἐγὼ τοὺς Ἐπικτήτου λόγους οὕτως, ὅπως ἂν τις συγγράψειε τὰ τοιαῦτα· οὔτε ἐξήνεγκα εἰς ἀνθρώπους αὐτὸς, ὅς γε οὐδὲ συγγράψαι φημί. ὅσα δὲ ἤκουον αὐτοῦ λέγοντος, αὐτὰ αὐτὰ ἐπειράθην, αὐτοῖς ὀνόμασιν ὡς οἶόν τε ἦν γραψάμενος, ὑπομνήματα εἰς ὕστερον ἑμαυτῷ διαφυλάξαι τῆς ἐκείνου διανοίας καὶ παρρησίας. Ἔστι δὴ τοιαῦτα, ὥσπερ εἶκός, ὅποια ἂν τις αὐτόθεν ὀρημηθεὶς εἴποι πρὸς ἕτερον· οὐχ ὅποια ἂν,

Λ 2

ἐπὶ

EPICETI DISSERTATIONES
AB ARRIANO DIGESTÆ.

Arrianus L. Gellio S. D.

Neque conscripsi ego Epicetii Sermones hosce sic, quemadmodum conscribere talia aliquis posset: neque in publicum ipse eos edidi, qui quidem, nec a me conscriptos esse, ultro profiteor. Sed quae illum audivi differentem, ea ipsa conatus sum, ver-

bis eisdem, quoad potui, scripto consignata, monumenta in futurum tempus mihi conservare ingenii illius viri & in dicendo libertatis. Sunt igitur. ut consentaneum est, haec talia, qualia aliquis ex tempore orsus loquatur cum altero; non qualia conscripserit,

ἐπὶ τῷ ὕστερον ἐντυγχάνειν τινὰς αὐτοῖς, συγγράφοι.
 4 τοιαῦτα δ' ὄντα, οὐκ οἶδα ὅπως, οὔτε ἐκόντος ἐμοῦ,
 5 οὔτε εἰδότης, ἐξέπεσεν εἰς ἀνθρώπους. Ἄλλ' ἐμοί
 γε οὐ πολὺς λόγος, εἰ οὐχ ἰκανὸς φαίνουμαι συγ-
 γράφειν· Ἐπικτήτῳ δὲ οὐδ' ὀλίγος, εἰ καταφρονήσας
 τις αὐτοῦ τῶν λόγων· ἐπεὶ καὶ λέγων αὐτοῦς, οὐ-
 δένος ἄλλου δῆλος ἦν ἐφιέμενος, ὅτι μὴ κινήσαι τὰς
 6 γνώμας τῶν ἀκουόντων πρὸς τὰ βέλτιστα. Εἰ μὲν
 δὴ τοῦτό γε αὐτὸ διαπράττοντο οἱ λόγοι οὗτοι,
 ἔχοιεν ἂν, οἶμαι, ὅπερ χρεὴ ἔχειν τοὺς τῶν φιλο-
 7 σόφων λόγους. εἰ δὲ μὴ, ἀλλ' ἐκεῖνο ἴστωσαν οἱ ἐν-
 τυγχάνοντες, ὅτι, αὐτὸς ὅποτε ἔλεγεν αὐτοῦς,
 ἀνάγκη ἦν ταῦτο πάσχειν τὸν ἀκροώμενον αὐτοῦ,
 8 ὅπερ ἐκεῖνος αὐτὸν παθεῖν ἠβούλετο. εἰ δ' οἱ λόγοι
 αὐτοὶ ἐφ' αὐτῶν τοῦτό οὐ διαπράττονται, τυχὸν
 μὲν ἐγὼ αἴτιος, τυχὸν δὲ καὶ ἀνάγκη οὕτως ἔχειν.
 Ἐξέρωσο.

psierit, ut postea ab aliis
 legerentur. Quæ cum sint
 talia, nescio quo pacto, me
 nec volente, nec sciente,
 in manus hominum exie-
 runt. Sed mea quidem
 haud multum refert, si pa-
 rum idoneus ad scriben-
 dum videar: Epicteti au-
 tem nihil quidquam inter-
 est, si quis orationem ejus
 contemserit; quippe qui
 etiam tum, cum habuit
 hosce sermones, nihil aliud
 sibi proposuisse adparebat,
 nisi ut animos audientium
 ad optima quæque incita-

ret. Quod si igitur id ip-
 sum modo consecuti hi ser-
 mones fuerint, habebunt,
 arbitror, quod philosopho-
 rum sermones habere de-
 bent:— si minus, at illud
 sciant lectores, quum eos
 ipse differeret, necesse fuisse
 sic adfici ejus auditorem, ut
 ipse eum adfici volebat.
 Nunc quod si sermones ipsi
 per se eam vim non sunt
 habituri, fortasse ego in
 culpa fuero; fortasse vero
 etiam necesse est rem ita se
 habere. Vale.

ΑΡΡΙΑΝΟΥ
ΤΩΝ
ΕΠΙΚΤΗΤΟΥ ΔΙΑΤΡΙΒΩΝ
ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

Κ Ε Φ. α΄.

Περὶ τῶν ἐφ' ἡμῶν, καὶ οὐκ ἐφ' ἡμῶν.

Τῶν ἄλλων δυνάμεων οὐδεμίαν εὐρήσατε αὐτὴν αὐτῆς θεωρητικὴν· οὐ τοίνυν οὐδὲ δοκιμαστικὴν, ἢ ἀποδοκιμαστικὴν. Ἡ γραμματικὴ μέχρι τίνος κέκτηται τὸ θεωρητικόν; μέχρι τοῦ διαγινῶναι τὰ γράμματα. Ἡ μουσικὴ; μέχρι τοῦ διαγινῶναι τὸ

Λ 3

μέλος.

EPICTETI DISSERTATIONVM
AB ARRIANO DIGESTARVM
LIBER PRIMVS.

CAP. I.

De his quæ in nostra sunt potestate, quæque non sunt.

Aliarum facultatum nullam invenietis, quæ ipsa sese contempletur; proinde neque quæ sese aut adprobet aut improbet.

Grammatica quo tandem usque habet facultatem contemplatricem? Ad pernoscendas literas. Quid Musica, quo illa usque?

Ad

- 3 μέλος. Αὐτὴ οὖν αὐτὴν θεωρεῖ τις αὐτῶν; Οὐ-
 δαμῶς, ἀλλ' ὅταν μὲν ἂν τι γράφειν τῷ ἐταίρῳ
 δεῖ, τούτῳ τί γραπτέον, ἢ γραμματικὴ ἔρει·
 πότερον δὲ γραπτέον τῷ ἐταίρῳ, ἢ οὐ γρα-
 πτέον, ἢ γραμματικὴ οὐκ ἔρει. καὶ περὶ τῶν
 μελῶν ὡσαύτως ἢ μουσικὴ· πότερον δ' ἀστέον
 νῦν καὶ κινθαριστέον, ἢ οὔτε ἀστέον, οὔτε
 4 κινθαριστέον, οὐκ ἔρει. Τίς οὖν ἔρει; Ἡ καὶ αὐ-
 τὴν θεωροῦσα, καὶ τ' ἄλλα πάντα. Αὐτὴ δ' ἔστι
 τίς; Ἡ Δύναμις ἢ Λογικὴ· μόνη γάρ αὕτη καὶ
 αὐτὴν κατανοήσασα παρείληπται, τίς τὴν ἔστι, καὶ
 τί δύναται, καὶ πόσου ἀξία οὔσα ἐλήλυθε, καὶ
 5 τὰς ἄλλας ἀπάσας. τί γάρ ἐστιν ἄλλο τὸ λέγειν,
 ὅτι χρύσιον καλόν ἐστιν; αὐτὸ γάρ οὐ λέγει. δῆ-
 6 λον, ὅτι ἢ χρηστικὴ δύναμις ταῖς φαντασίαις. Τί
 ἄλλο τὸ μουσικὴν, γραμματικὴν, τὰς ἄλλας ду-
 κάμεις

Ad modos dignoscendos. Num igitur earum aliqua se ipsa contemplatur? Nequaquam. Verum, ubi amico forte aliquid scribendum est, quid ei sit scribendum, Grammatica dicet; utrum vero sit amico scribendum, necne, Grammatica non dicet: et de modis musicis similiter Musica; sed, canendumne nunc sit, citharâque sonandum, an nec canendum nec citharâ sonandum, non dicet. Quæ igitur facultas id dicet? Quæ et se ipsam et cætera omnia

contemplatur. Ea vero quænam est? Rationis facultas. Haec enim uni homini data est, quæ et se ipsam perspiciat, (quænam sit, quid valeat, quanti pretii munus nobis datum sit) & cæteras omnes facultates. Nam quid est aliud, quod nobis dicat, præstantem rem esse aurum? ipsum enim aurum non dicit. Satis liquet, eam esse facultatem, quæ visis utatur. Quid aliud est, quod Musicam, Grammaticam, cæteras facultates dijudicet, usus earum pro-

ἡμεῖς διακρίνον, δοκιμάζον τὰς χρήσεις αὐτῶν, καὶ τοὺς καιροὺς παραδεικνύον; οὐδὲν ἄλλο.

Ὡσπερ οὖν ἦν ἄξιον, τὸ κράτιστον ἀπαύσιον καὶ 7
 κυριεῦον οἱ Θεοὶ μόνον ἐφ' ἡμῖν ἐποίησαν, τὴν χρῆ-
 σιν τὴν ὀρθὴν ταῖς φαντασίαις· τὰ δὲ ἄλλα, οὐκ
 ἐφ' ἡμῖν. Δρά γε, ὅτι οὐκ ἤθελον; Ἐγὼ μὲν δο- 8
 κῶ, ὅτι, εἰ ἠδύναμι, καὶ κεῖνος ἂν ἡμῖν ἐπέτρεψαν· ἀλ-
 λά πάντως οὐκ ἠδύναντο. ἐπὶ γῆς γὰρ ὄντας, καὶ 9
 σώματι συνδεδεμένους τοιούτω, καὶ κοινωνοῖς τοιού-
 τοις, πῶς οἶόν τ' ἦν εἰς ταῦτα ὑπὸ τῶν ἐκτὸς μὴ
 ἐμποδίζεσθαι;

Ἄλλὰ τί λέγει ὁ Ζεὺς; Ἐπίκτητε, εἰ οἶόντε ἦν, 10
 καὶ τὸ σωματίον ἂν σου, καὶ τὸ κτησείδιον ἐποίησα
 ἐλεύθερον, καὶ ἀπαρραπόδιτον. νῦν δὲ μὴ σε 11
 λανθανέτω, τοῦτο οὐκ ἔστι σὸν, ἀλλὰ πηλὸς κομ-
 ψῶς πεφυραμένος. ἐπεὶ δὲ τοῦτο οὐκ ἠδυνάμην, ἔδω- 12
 κα μὲν σοι μέρος τι ἡμέτερον, τὴν δύναμιν ταύ-
 την,

Λ 4

την,

probet, & tempora offen-
 dat convenientia? Nihil
 aliud.

Igitur, prouti par erat,
 quod omnium est opti-
 mum, quod principatum
 tenet, id unum Dii nostræ
 subjecerunt potestati, re-
 ctum nempe usum visorum;
 cætera non subjecerunt.
 Eamne ob causam, quia
 noluerunt? Mihi quidem
 videtur, si potuissent, &
 illa nobis fuisse concessu-
 ros: sed prorsus non po-
 tuerunt. Nam quæ fieri po-
 tuit, nos in terra degen-

tes, & tali adligatos cor-
 pari & hujusmodi sociis,
 ab externis, quatenus ad
 hæc, non impediri rebus?

At quid ait Jupiter?

„O Epictete, si quo modo
 „fieri potuisset, & corpori
 „solum tuum & possessiun-
 „culam liberam effecissem,
 „& omni impedimento so-
 „lutam. Nunc te id non
 „lateat, istud non esse tu-
 „um, sed lutum scite atque
 „elegantè temperatum.
 „Quoniam verò hoc non
 „potui, dedi equidem tibi
 „quamdam nostri partem,
 „facul-

την, τὴν ὀρημητικὴν τε καὶ ἀφορημητικὴν, καὶ ὀρεγκτικὴν τε καὶ ἐκκληστικὴν, καὶ ἀπλῶς τὴν χρηστικὴν τὰς Φαντασίας ἧς ἐπιμελούμενος, καὶ ἐκ ἧ τὰ σασυτοῦ τιθέμενος, οὐδέποτε καλυθῆση, οὐδέποτ' ἐμποδιοθῆση, οὐ στενάξεις, οὐ μέμψη, οὐ κολακείσσεσ οὐδένας.

- 13 Τί οὖν; μή τι μικρά σοι φαίνεται ταῦτα; μὴ γένοιτο. ἀρεκοῦ οὖν αὐτοῖς, εὐχου δὲ τοῖς Θεοῖς.
- 14 Νῦν δ' ἐνὸς δυνάμενοι ἐπιμελεῖσθαι, καὶ ἐνὶ προσητηκένας ἑαυτοῦς, μᾶλλον θέλομεν πολλῶν ἐπιμελεῖσθαι, καὶ πολλοῖς προσδεδῆσθαι, καὶ τῷ σώματι, καὶ τῇ κτήσει, καὶ ἀδελφῶ, καὶ Φίλῳ, καὶ
- 15 τέκνῳ, καὶ δούλῳ. ἄτε οὖν πολλοῖς προσδεδεμένοι,
- 16 βαρούμεθα ὑπ' αὐτῶν καὶ καθελκόμεθα. Διὰ τοῦτο, ἀν' ἀπλοια ἦ, καθήμεθα σπῶμενοι, καὶ παρακύπτομεν συνεχῶς, τίς ἄνεμος πνεῖ; Βορέας. Τί ἡμῖν καὶ αὐτῶ; πότε ὁ ζέφυρος πνεύσει; Ὅταν αὐτῶ δόξη,

„facultatem illam & agendi consilia capiendi & non agendi, adpetendi & averfandi: verbo ut dicam, facultatem visis utendi: quam si excolueris, et in eâ tua omnia collocâris, numquam prohibebere, numquam impedieris, non gemes, de nemine quereris, adulaberis nemini.“

Quid ergo? Parva hæc tibi videntur? Absit! Igitur his contentus esto; & venerare Deos! Nunc vero, unius rei cum curam

gerere possimus, & uni illi adhærere, malumus multarum rerum curam suscipere, multis adligari, & corpori, & possessioni, & fratri, & amico, & filio, & servo. Itaque multarum rerum, utpote quibus adstricti sumus, onere premimur, & deorsum trahimur. Eam ob causam, cum navigandi copia non datur, curis districti fedemus, & solícite idemtidem prospectamus, quis spirer ventus? Boreas! — „Quid rei nobis cum illo? quando;

Ze-

δέξῃ, ἢ βέλτιστε, ἢ τῷ Αἰόλῳ. σὲ γὰρ οὐκ ἐποίη-
σεν ὁ Θεὸς ταμίαν τῶν ἀνέμων, ἀλλὰ τὸν Αἰόλον.
Τί οὖν; Δεῖ τὰ ἐφ' ἡμῖν βέλτιστα κατασκευάζειν· 17
τοῖς δ' ἄλλοις χρῆσθαι, ὡς πέφυκε. Πῶς οὖν πέ-
φυκεν; Ὡς ἂν ὁ Θεὸς θέλη.

Ἐμὲ οὖν νῦν τραχηλοκοπεῖσθαι μόνον; Τί οὖν; 18
ἤθελες πάντας τραχηλοκοπηθῆναι, ἵνα σὺ παρα-
μυθίαν ἔχῃς; οὐ θέλεις οὕτως ἐκτεῖναι τὸν τραχύη- 19
λον, ὡς Λατέρανός [τις] ἐν τῇ Ῥώμῃ, κελευθεὶς
ὑπὸ τοῦ Νέρωνος ἀποκεφαλισθῆναι; ἐκτείνεις γὰρ
τὸν τραχύηλον, καὶ πληγείς, καὶ πρὸς αὐτὴν τὴν
πληγὴν ἀσθενῆ γενομένην ἐπ' ὀλίγον συνελκυσθεὶς,
πάλιν ἐξέτενον. ἀλλὰ καὶ ἔτι πρότερον, προσελ- 20
θόντι Ἐπαφροδίτῳ τῷ ἀπελευθέρῳ τοῦ Νέρωνος,
καὶ ἀνακρίνοντι αὐτὸν ὑπὲρ τοῦ συγκρουσθῆναι, Ἄν-
τι θέλω, φησὶν, ἐρῶ σου τῷ κυρίῳ.

A 5

Tl

Zephyrus adspirabit? * —
Cum ipsi visum fuerit, ὁ
done, aut Æolo: quippe
non te Deus dispensatorem.
ventorum fecit, sed Æo-
lum. Quid ergo? Ea, quæ
nostrâ sunt in potestate,
oportet efficere ut sint
quam optima; reliquis au-
tem sic uti, prout sese ha-
bent. Quomodo ergo sese
habent? Ita ut Deus vo-
luit.

„Me - ne igitur nunc so-
lum capite truncari!“ —
Quid ergo? velisne, si-
mul omnes capite truncari,

ut tu solatium habeas?
Non vis sic cervicem porri-
gere, ut Romæ Lateranus,
cum securi percuti a Nero-
ne juberetur? Ille enim,
quum cervice porrecta per-
cuteretur, &, ictu leviori
impacto, paulisper se con-
traxisset, iterum porrexit
cervicem. Idem vero et-
iam antea, cum eum con-
venisset Epaphroditus, Ne-
ronis libertus, ac de offen-
sionis causa percontare-
tur; Si quid voluero,
inquit, domino tuo di-
cam.

Quid

- 21 Τί οὖν δὲ πρόχειρον ἔχεν ἐν τοῖς τοκούτοις; τί γὰρ ἄλλο, ἢ τί ἐμόν, καὶ τί οὐκ ἐμόν· καὶ τί μοι
 22 ἔξεστι, καὶ τί μοι οὐκ ἔξεστιν; Ἀποθανεῖν μοι δὲ μή τι οὖν καὶ στένοντας; δεδῆναι· μή τι καὶ θρηνοῦντας; Φυγαδευθῆναι· μή τις οὖν κωλύει, γελῶντα καὶ εὐθυμοῦντας, καὶ εὐροῦντας; Εἶπέ τὰ ἀπόρρητα. Οὐ λέγω· τοῦτο γὰρ ἐπ' ἐμοὶ ἐστίν. Ἄλλὰ δῆσω σε. Ἄνθρωπε, τί λέγεις; ἐμέ; τὸ σκέλος μου δῆσεις, τὴν προαίρεσιν δὲ οὐδ' ὁ Ζεὺς νικῆσαι
 24 δύναται. Εἰς Φυλακὴν σε βαλῶ. Τὸ σωματίον. Ἀποκεφαλίσω σε. Πότε οὖν σοι ἔπει, ὅτι μόνου ἐμοῦ
 25 ὁ τράχηλος ἀναπότμητός ἐστι; Ταῦτα ἔδει μελετᾶν τοὺς φιλοσοφοῦντας, ταῦτα κατ' ἡμέραν γράφειν, ἐν ταῦτοις γυμνάζεσθαι.
- 26 Θραεῖας εἰάθει λέγειν, Σήμερον ἀναιρεθῆναι θέλω
 27 ἢ μάλλον, ἢ εὐξείον φυγαδευθῆναι. Τί οὖν αὐτῷ
 Ῥαῦ.

Quid igitur talibus in rebus in promptu est habendum? Quid aliud verò, nisi, quid meum sit, quid non meum; quid mihi liceat, quid non liceat? — Mori me oportet! numquid igitur etiam gementem? In vinculis esse! an etiam lamentantem? In exilium abire! numquis ergo prohibet, quo minus cum risu, alacri & tranquillo proficiscar animo? — „Dic arcana!“ — Non dico; namque hoc me penes est. — „At vinculis te constringam.“ — Quid ais, homo?

mene? crux meum vincies; at animi mei propositum ne ipse quidem Iupiter vincere potest. — „In carcerem te conjiciam.“ — Corpusculum meum. — „Detrunca bo tibi caput.“ — Ecquando igitur tibi dixi, meam solius cervicem præcidi non posse? — Hæc meditari philosophiæ studiosos oportebat, hæc indies scribere, in his exerceri.

Thrasea dicere solebat, se hoc ipso die interfici malle, quam cras in exilium relegari. Quid igitur ei

Ῥούφος εἶπεν; Εἰ μὲν ὡς βαρύτερον ἐκλέγῃ, τίς ἡ
μαρτία τῆς ἐκλογῆς; εἰ δ' ὡς κουφότερον, τίς σοι
δέδωκεν; οὐ θέλεις μελετᾶν ἀρκεῖσθαι τῷ δεδο-
μένῳ;

Διὰ τοῦτο γὰρ Ἀγριππῖνος τί ἔλεγεν; ὅτι Ἐγὼ 28
ἐμαυτῷ ἐμπόδιος οὐ γίνομαι. Ἀπηγέλθη αὐτῷ,
ὅτι, Κρίνη ἐν συγκλήτῳ. Ἀγαθὴ τύχη. Ἀλλὰ ἤλ- 29
θεν ἡ πέμπτη· ταύτη δ' εἰώθει γυμνασάμενος ψυ-
χρολουτρεῖν· ἀπέλθωμεν, καὶ γυμνασθῶμεν. Γυμ- 30
νασαμένῳ λέγεις τίς αὐτῷ ἐλθῶν, ὅτι, Κατακέκρι-
σαι. Φυγῆ, Φησὶν, ἢ Θανάτῳ; Φυγῆ. Τὰ ὑπάρ-
χοντα τί; Οὐκ ἀφηρέθη. Εἰς Ἀρίκειαν οὖν ἀπελ-
θόντες ἀριστήσωμεν.

Τοῦτ' ἔστι, μεμελετηκέναι αἱ δὲ μελετᾶν· ὄρε- 31
ξιν, ἔκκλησιν, ἀκώλυτα, ἀπερίπτωτα παρεσκευ-
σέναι. Ἀποθαιεῖν με δεῖ. εἰ ἤδη, ἀποθνήσκω. εἰ 32
μετ'

ei Rufus? Siquidem, in-
quit, ut gravius eligis il-
lud; quænam hæc in dese-
ctu infirmitia? sin, ut le-
vius; quis optandi tibi co-
piam dedit? Non tu id
potius vis meditari, ut eo,
quod tibi datum fuerit,
contentus esse discas?

Itaque Agrippinus quid
ait? — „Equidem mihi ip-
se nolo obitare.“ — De-
nunciatum est ei, iudicium
de ipso agi in senatu. Be-
ne, inquit, vertat. At
quinta adest hora: (ea au-
tem exerceri consueverat,
& dein frigida lavari:) ab-

eamus igitur, et exercea-
mur. Cum se exercuisset,
quidam adveniens, damna-
tum eum esse renunciat.
Exsilio, inquit, an morte?
Exsilio. De bonis quid?
Ademta non sunt. Arici-
am ergo profecti prande-
amus.

Hoc est, jam pridem ef-
se meditatam, quæ medi-
tari oportet: adpetitionem
scilicet, averfationemque
ita comparasse, ut nulli
impedimento, nullis casi-
bus sint obnoxie. — Mihi
est moriendum! si jam
nunc; morior: sin paulo
post;

μετ' ὀλίγον, νῦν ἀριστῶ τῆς ὄρας ἐλθούσης, εἶτα τότε τεθνήξομαι. Πῶς; Ὡς προσήκει τὸν τὰ ἀλ-
λότρια ἀποδιδόντα.

Κ Ε Φ. β'.

Πῶς ἂν τις σώσει τὸ κατὰ Πρόσωπον ἐν παντί.

- Τῷ λογικῷ ζῴῳ μόνον ἀφόρητόν ἐστι τὸ ἄλογον·
2 τὸ δ' εὐλογον, φορητόν. Πληγαὶ οὐκ εἰσὶν ἀφό-
ρητοι τῇ φύσει. Τίνα τρόπον; Ὅρα, πῶς Λακε-
δαιμόνιοι μαστιγοῦνται, μαθόντες ὅτι εὐλογόν ἐστι.
3 Τὸ ἀπάγξασθαι οὐκ ἔστιν ἀφόρητον. ὅταν γοῦν
4 πάθῃ τις ὅτι εὐλογον, ἀπελθὼν ἀπήγξατο. ἀπλῶς,
εἰάν προσέχωμεν, ὑπ' οὐδενὸς οὕτως εὐρήσομεν τὸ
ζῶον θλιβόμενον, ὡς ὑπὸ τοῦ ἀλόγου· καὶ πάλιν
ἐπ' αὐδὲν οὕτως ἐλκόμενον, ὡς ἐπὶ τὸ εὐλογον.

Ἄλλω

post; nunc, cum pranden- nam modo? Ut eum de-
di hora adest, prandeo; & cet, qui aliena reddit.
tunc deinde moriar. Quo-

C A P. II.

*Quo pacto cuique Persona sua in rebus omnibus
tuenda sit.*

Animali ratione prædito solum intolerabile est, quidquid rationi repugnat: quod verò rationi consentaneum, id tolerabile. Plagæ naturâ non sunt intolerabiles. Quo pacto? Vide, ut Lacedæmonii flagris cædantur, cum id a ratione non esse alienum didicerint. Suspendium non est intolerabile: nam, cum

quis rationi id esse consentaneum persuasum habuerit, ab ita ac se suspendit. Omnino, si animum advertamus, a nulla re ita premi hoc animal inveniemus, ut ab eo quod est contra rationem; atque iterum ad nullam rem adeo trahi, ut ad id quod rationi est consentaneum.

Verum

Ἄλλω δ' ἄλλο προσπίπτει τὸ εὐλογον καὶ τὸ 5
 ἄλογον, καθάπερ καὶ ἀγαθὸν καὶ κακὸν ἄλλω ἄλ-
 λο, καὶ συμφέρον καὶ ἀσύμφωρον. διὰ τοῦτο μάλιστα 6
 παιδείας δεόμεθα, ὥστε μαθεῖν τὴν τοῦ εὐ-
 λόγου καὶ ἀλόγου πρόληψιν ταῖς ἐπὶ μέρος οὐσί-
 αῖς ἐφαρμίζεν συμφώνως τῇ φύσει. εἰς δὲ τὴν τοῦ 7
 εὐλόγου καὶ ἀλόγου κρίσιν, οὐ μόνον ταῖς τῶν ἐκ-
 τὸς ἀξίαις συγχρώμεθα, ἀλλὰ καὶ τῷ κατὰ τὸ 8
 πρόσωπον ἑαυτοῦ ἕκαστος. τῷ μὲν γάρ τινι εὐλο- 9
 γον, τὸ αἰμίδα παρακρατεῖν, αὐτὸ μόνον βλέπον-
 τι, ὅτι, μὴ παρακρατήσας μὲν, πληγὰς λήψεται,
 καὶ τροφαῖς οὐ λήψεται· παρακρατήσας δ' οὐ πέ-
 σεταιί τι τραχὺ, ἢ ἀνιαρόν· ἄλλα δὲ τινι οὐ μόνον 10
 τὸ αὐτὸν παρακρατῆσαι ἀφόρητον δοκεῖ, ἀλλὰ
 καὶ τὸ ἄλλου παρακρατοῦντος ἀνασχέσθαι. Ἄν οὖν
 μου πυνθάνη, Παρακρατήσω τὴν αἰμίδα, ἢ μὴ; ἐρω-
 σε,

Verum alii aliud videtur
 rationi consentaneum, &
 non consentaneum; quem-
 admodum & bonum & ma-
 lum aliud alii, utile item
 & inutile. Hanc ob rem
 disciplinā nobis imprimis
 opus est, ut anticipatam
 notionem ejus quod est ra-
 tionī consentaneum, &
 quod alienum, singulis re-
 bus discamus adcommoda-
 re naturæ convenienter.
 Ad dijudicandum autem id
 quod sit rationi consenta-
 neum, aut contra, non mo-
 do exterarum rerum æsti-
 mationibus utimur; sed et

simul momenta adhibet
 quisque, quæ e sua cujusque
 persona ducuntur. Nam
 apud alium quidem consen-
 taneum fuerit rationi, ma-
 tulam domino præbere, id
 solum intuentem, se, nisi
 præbuerit, plagas acceptu-
 rum, et cibo cariturum;
 si præbuerit, nihil aspe-
 rum aut molestum laturum:
 at alii non modò
 præbere matulam intolera-
 bile videtur, verum etiam,
 ut ipsi alius præbeat, pati.
 Quare, si me rogas, ma-
 tulam præbere debeas,
 necne; dicam tibi, majore
 ris

σαι, ὅτι μείζονα ἀξίαν ἔχει τὸ λαβεῖν τροφαῖς τοῦ
 μὴ λαβεῖν, καὶ μείζονα ἀπαξίαν τὸ δαρεῖναι τοῦ μὴ
 δαρεῖναι. ὥστ' εἰ τούτοις παραμετρῆς τὰ σαυτοῦ,
 11 ἀπελθὼν παρακράτεε. Ἄλλ' οὐκ ἂν κατ' ἐμέ. Τοῦ-
 το σὲ δεῖ συνεισφέρειν εἰς τὴν σκέψιν, οὐκ ἐμέ.
 σὺ γάρ εἰ ὁ σαυτὸν εἰδὼς, πόσου ἀξίος εἶ σεαυτῶ,
 καὶ πόσου σεαυτὸν πιπράσκεις. ἄλλοι γὰρ ἄλλων
 πιπράσκουσι.

12 Διὰ τοῦτο Ἀγριππῖνος Φλώρω σκεπτομένῳ, εἰ
 καταβατέον αὐτῷ ἐστὶν εἰς Νέρωνος θεωρίας, ὥστε
 13 καὶ αὐτόν τι λειτουργῆσαι, ἔφη· Κατάβηθι. πυθο-
 μένου δ' αὐτοῦ, Διὰ τί σὺ οὐ καταβαίνεις; ἔφη,
 14 Ὅτι ἐγὼ οὐδὲ βουλευόμαι. ὁ γὰρ ἀπαξ εἰς τὴν
 περὶ τῶν τοιούτων σκέψιν καὶ τὰς τῶν ἐκτὸς ἀξι-
 15 ας συγκαθεῖς, καὶ ψηφίζων, ἐγγύς ἐστι τῶν ἐπι-
 ληλησμένων τοῦ ἰδίου προσώπου. Τί γάρ μου
 πυνθάνη; θάνατος αἰρετώτερόν ἐστιν, ἢ ζωή;
 Δέγω,

ris esse pretii, victum ac-
 cipere, quàm non acci-
 pere; et majoris esse in-
 dignitatis, flagris cædi,
 quàm non cædi: proinde,
 si hîc unice res tuas meti-
 ris, abi, præbe matulam.
 At, id te indignum, ais.
 Hoc quidem tu in conside-
 rationem adferre debebis,
 non ego. Tu enim is es, qui
 scias, quanti sis tibi ipsi, &
 quanti te vendas. Namque
 alii alio pretio se vendunt.

Quocirca Agrippinus
 Floro consultanti, utrum
 ad Neronis spectacula sibi

esset descendendum, ita
 quidem, ut ipse etiam mu-
 neris aliquid obiret; De-
 scende, inquit. Illo au-
 tem sciscitante, cur ipse
 non descenderet? respon-
 dit, quoniam ego ne deli-
 bero quidem. Nam qui se-
 mel ad hujusmodi conside-
 rationes & externarum re-
 rum æstimationem se dimi-
 serit, calculosque subdu-
 xerit, prope abest ab his
 qui suæ personæ obliti
 sunt. Quid enim me ro-
 gas? mors, an vita, sit
 optabilior? Dico, vitam.

Dolor,

Λέγω, ζοή. Πόνος, ἢ ἡδονή; Λέγω, ἡδονή.
 Ἄλλα, ἀν μὴ τραγωδήσω, τραχηλοκοπηθήσο- 16
 μαι. Ἀπελθε τοίνυν, καὶ τραγώδεις· ἐγὼ δ' οὐ
 τραγωδήσω. Διὰ τί; Ὅτι σὺ σεαυτὸν ἡγῶ μὴ 17
 ἀν τινὰ εἶναι κρόκην τῶν ἐκ τοῦ χιτῶνος. Τί
 οὖν; Σὲ ἔδει φροντίζειν, πῶς ἀν ὅμοιος ἦς τοῖς
 ἄλλοις ἀνθρώποις, ὥσπερ οὐδ' ἡ κρόκη πρὸς
 τὰς ἄλλας κρόκας θέλει τι ἔχειν ἐξαιρετόν. ἐγὼ 18
 δὲ πορφύρα εἶναι βούλομαι, τὸ ὀλίγον ἐκεῖνο, καὶ
 στιλπνόν, καὶ τοῖς ἄλλοις αἴτιον τοῦ εὐπρεπῆ φαί-
 νεσθαι καὶ καλῶ. τί οὖν μοι λέγεις, ὅτι, ἐξομοιά-
 θητι τοῖς πολλοῖς; καὶ πῶς ἔτι πορφύρα εἶσομαι;
 Ταῦτα εἶδε καὶ Πρίσκος Ἐλουίδιος, καὶ ἰδὼν 19
 ἐποίησε. προσπέμφαντος γάρ αὐτῷ Οὐεσπασιανοῦ,
 ἵνα μὴ εἰσέλθῃ εἰς τὴν σύγκλητον, ἀπεκρίνατο· Ἐπὶ
 σοί ἐστι, μὴ εἰσαί με εἶναι συγκλητικόν· μέχρι δ'
 ἀν ὧ, δεῖ με εἰσερχεσθαι. Ἄγε, ἀλλ' εἰσελθὼν, 20
 φησί, σιώπησον. Μὴ μ' ἐξέταζε, καὶ σιωπήσω.
 Ἄλλα

Dolor, an voluptas? Dico, voluptatem. „At, nisi tragœdias egero, capite plectar.“ Abi ergo, & age tragœdias! at ego non agam. Cur ita? Quia tu unum quoddam e multis filium in tunica te esse censes. Quid igitur? Tu cures oportet, quo pacto aliis hominibus fias similis; sicut & filium præ cæteris filis nihil eximii habere postulat: ego vero purpura esse volo, exiguum illud, et splendidum, quod aliis

in caussa est, ut speciosa & pulcra videantur. Quid igitur mihi dicis, ut vulgo fiam similis? qui possim adeo esse purpura?

Hæc vidit & Priscus Helvidius; & cum vidisset, fecit. Nam cum ad eum Vespasianus misisset, ne in senatum ingrederetur: „Te penes, inquit, est, ne me senatorem esse finas: quamdiu vero sum, ingredi me oportet.“ Age, inquit; at ingressus taceto. „Ne me roga sententiam; & tacebo.“

- 30 Ἐπίθετό τις, πόθεν οὖν αἰσθησόμεθα τοῦ κατὰ
 πρῶτον ἕκαστος; Πόθεν δ' ὁ ταῦρος, ἔφη, λέον-
 τος ἐπελθόντος, μόνος αἰσθάνεται τῆς αὐτοῦ πα-
 ρασκευῆς, καὶ πρὸς βέβληκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ τῆς ἀγέ-
 λης πάσης; ἢ δῆλον ὅτι εὐθύς, ἅμα τῷ τῆν πα-
20 σθαι. Τί οὖν λέγει Ἀντισθένης; οὐδέποτε ἤκου-
σας; Βασιλικόν, ὦ Κῦρε, πράττειν μὲν εὖ, κα-
21 πῶς δ' ἀκούειν. Τὴν κεφαλὴν ὑγιᾶ ἔχω, καὶ
πάντες οἴονται ὅτι κεφαλαλγῶ. Τί μοι μέλει;
Ἄπύ-

„nientem adhibeb. Et ta-
„men curo adhuc, quid
„alii de me dicant, an eis
„alicujus pretii esse videar,
„an videar beatus?“

Miser, non vis videre,
tu ipse de te quid dicas?
quis tibi videaris? quis sis
in opinionibus? quis in
adpetitionibus? quis in
aversando? quis in impe-
tu, in præparatione, in
ipsa rerum adgressione?
quis in aliis humanis ope-
nibus? At illud curas, quod
alii tui misereantur? Im-

mo: nempe quoniam se-
cus, quam par est, me mi-
ferantur. Ob id ergo do-
les? at nonne, qui do-
let, miserabilis est? Recte.
Quomodo ergo secus, quam
par est, te misereantur?
nam ea ipsa ratione, qua
erga miserationem adfectus
es, facis, ut sis miserabi-
lis. Quid vero Antisthenes
ait? numquam ne id audi-
visti? „Regium est, Cyre,
„cum recte facias, male
„audire.“ — Caput sanum
habeo; & omnes opinan-
tur, e capite me laborare.
Quid

Ἀπύρετός εἰμι, καὶ ὡς πυρέσσοντι μοι συνάχ-
 θονται. Τάλας, ἐκ τούτου χρόνου οὐ διέλιπες
 πυρέσσω. Λέγω καὶ ἐγὼ σκυθρωπίας, ὅτι καὶ
 ταῖς ἀληθείαις πολὺς ἤδη χρόνος, ἐξ οὗ μοι κα-
 κῶς ἐστι. Τί οὖν γένηται; Ὡς ἂν ὁ Θεὸς θέλη.
 καὶ ἅμα ὑποκαταγγελῶ τῶν δικτερόντων με. Τί 22
 οὖν κωλύει καὶ ἐνταῦθα ὁμοίως; Πένης εἰμι, ἀλ-
 λά ὀρθὸν δόγμα ἔχω περὶ πενίας. Τί οὖν μοι μέ-
 λει, εἴ μ' ἐπὶ τῇ πενίᾳ ἐλεοῦσιν; Οὐκ ἄρχω,
 ἄλλοι δ' ἄρχουσιν. ἀλλ', ὁ δεῖ ὑπέληφέναι,
 ὑπέληφεν περὶ τοῦ ἄρχεν καὶ μὴ ἄρχεν. Ὀψο-
 νται οἱ ἐλεοῦντές με. Ἐγὼ δ' οὔτε πενῶ, οὔτε 23
 διψῶ, οὔτε βρωῶ· ἀλλ' ἀφ' ὧν αὐτοὶ πενῶσιν
 ἢ διψῶσιν, οἶονταί καί με. Τί οὖν αὐτοῖς ποιήσω;
 Περιερχόμενος κηρύσσω καὶ λέγω; Μὴ πλαναῶθε,
 ἄνδρες, ἐμοὶ καλῶς ἐστίν, οὔτε πενίας ἐπιστρέ-
 φομαι, οὔτε ἀναρχίας, οὔτε ἀπλῶς ἄλλου οὐ-
 δένος,

Q 9 2

δενός,

Quid ad me? Cum febrī
 non laborem, meam vicem
 ut febricitantis dolent:
 „Miser, tanto tempore fe-
 „bricitare numquam defil-
 „sti.“ Dico & ipse tristi
 vultu, rem ita se habere:
 omnino longum tempus
 est, ex quo male habui.
 „Quid ergo fiet?“ Quod
 Deus, inquam, voluerit;
 simulque clam eos derideo,
 qui me miserantur. Quid
 ergo vetat, idem hic quo-
 que facere? Pauper sum;
 sed recte sentio de pauper-
 tate. Quid ergo ad me,

si paupertatem meam mise-
 rantur? Non impero, sed
 alii imperant: verum quid
 de imperio & privata vita
 sentiendum sit, intelligo.
 Viderint ii qui me mise-
 rantur. Ego vero nec esu-
 rio, nec sitio, nec algeo:
 sed quia ipsi esuriunt aut
 sitiunt, eodem modo me
 quoque adfici putant. Quid
 ergo eis faciam? Passim
 proclamabo, & dicam: No-
 lite errare, viri; mihi be-
 ne est; neque paupertatem
 cuto, nec quod honoribus
 caream; nec ullam denique

rem

• δεικός, ἢ δόγματων ὀρθῶν ταῦτα ἔχω ἀκώλυτα,
 24 οὐδενός πεφρόντικα ἔτι. Καὶ τίς αὕτη φλυαρία;
 πῶς ἔτι ὀρθὰ δόγματα ἔχω, μὴ ἀρνούμενος
 τῷ εἶναι ὅς εἰμι, ἀλλ' ἐπτοημένας ὑπὲρ τῷ
 δοκεῖν;

25 Ἄλλ' ἄλλοι πλείονον τεύζονται, καὶ προ-
 τμηθῆσονται. Τί οὖν εὐλογώτερον, ἢ τοὺς περὶ
 τι ἐσπουδακότας, ἐν ἐκείνῳ πλέον ἔχειν ἐν ᾧ
 • ἐσπουδάκασι; περὶ ἀρχαῖς ἐσπουδάκασι, σὺ περὶ
 δόγματα· καὶ περὶ πλοῦτον, σὺ περὶ τὴν χρη-
 26 σιν τῶν φαντασιῶν. Ὄρα, εἰ ἐν ταύτῳ σου πλέον
 ἔχουσι, περὶ ὃ σὺ μὲν ἐσπουδάκας, ἐκεῖνοι δ' ἀμε-
 λούσιν· εἰ συγκατατίθενται μᾶλλον περὶ τὰ φυ-
 σικὰ μέτρα· εἰ ὀρέγασταί σου ἀναποτευκτότερον·
 εἰ ἐκκλίνουσιν ἀπεριπτατότερον· εἰ ἐν ἐπιβολῇ,
 εἰ ἐν προθέσει, εἰ ἐν ὀρμῇ μᾶλλον εὐστοχοῦσα·
 εἰ τὸ πρέπον σώζουσιν ὡς ἄνδρες, ὡς υἱοὶ, ὡς γο-
 υεῖς,

rem curo, præter recta de-
 creta: ea habeo libera,
 præterea nihil me sollicitat.
 Quæ autem istæ nugæ
 sunt? quomodo recta de-
 creta retineo, cum non
 contentus sim eo statu in
 quo sum, attonitus quid
 aliis de me videatur?

„At alii plura consequen-
 tur, mihi que præferen-
 tur.“ — Quid ergo ra-
 tioni magis consentaneum
 est, quam eos, qui aliqua
 in re elaborant, ea in re
 meliore conditione esse in

qua elaborantur? student
 illi adipiscendis magistrati-
 bus, tu informandis de-
 cretis: illi divitiis inhiant,
 tu recto usui visorum. Vi-
 de, an in eo tibi præstent,
 quod, ut tibi studio est, ita
 ab illis negligitur; an ma-
 gis adsentiantur ex naturæ
 præscripto; an minus fru-
 strentur adpetitionibus suis;
 an minus incident in ea
 quæ vitant; an in conati-
 bus, in propositis, in im-
 petu, rectius quam tu ad
 scopum collineent; an de-
 corum tueantur ut viri, ut
 filii,

νεῖς, εἴθ' ἐξῆς κατὰ τὰ ἄλλα τῶν σχέσεων ὀνό-
 ματα. Εἰ δ' ἄρχουσιν ἐπεῖνοι, σὺ δ' οὐ· οὐ 27
 θέλεις σαυτῶ ταῖς ἀληθείαις εἰπεῖν, ὅτι σὺ μὲν
 οὐδὲν τούτου ἕνεκα ποιεῖς, ἐπεῖνοι δὲ πάντα ἀλο-
 γώτατον δὲ, τὸν ἐπιμελούμενόν τινος, ἔλαττον
 φέρεσθαι, ἢ τὸν ἀμελοῦντα.

Οὐ· ἀλλ' ἐπειδὴ φροντίζω ἐγὼ δόγματων ὀρ- 28
 θῶν, εὐλογώτερόν με ἐστὶν ἄρχειν. Ἐν ᾧ φρον-
 τίζεις, ἐν δόγμασιν. ἐν ᾧ δ' ἄλλοι μᾶλλον σου
 πεφροντίκασιν, ἐκείνοις παραχώρη, εἶον εἰ διὰ
 τὸ δόγματα ἔχει ὀρθά, ἡξίους τοξέων μᾶλλον
 ἐπιτυγχάνειν τῶν τοξοτῶν, ἢ χαλκεύων μᾶλλον
 τῶν χαλκίων. Ἄφες οὖν τὴν περὶ τὰ δόγματα 29
 σπουδὴν, καὶ περὶ ἐκείνας ἀναστρέφου ἢ κτήσα-
 σθαι θέλεις· καὶ τότε κλαῖε, εἰάν σοι μὴ προ-
 χῶρῃ· κλαίειν γὰρ ἄξιός ἐστι. Νῦν δὲ πρὸς ἄλ- 30
 λους γίνεσθαι λόγους, ἄλλων ἐπιμελεῖσθαι· καὶ

Q 9 3

ei

filiū, ut parentes, in cæte-
 rarum denique relationum
 nominibus. Quod si illi
 magistratus gerunt, & tu
 non geris;—nonne vis tibi
 verum dicere, te eā gratiā
 nihil facere, cum illi fa-
 ciant omnia; fore autem
 absurdissimam, qui rem ali-
 quam curet, eum in ea re
 deteriore esse conditione
 eo qui eandem negligat.

„Non ita; sed quia ego
 recta decreta curo, æquius
 est me imperare.“ *Recte;*
semper in eo quod tu curas;

in decretis. Quod vero
 alii te studiosius curant, in
 eo illis cedito. Perinde
istud est, ac si propter re-
 cta tua decreta postulares,
 te sagittando magis attingere scopum quam sagittarios, aut in arte fabrici fabricis antecellere. Omitta igitur studium decretorum, & illa tracta quæ comparare cupis; ac tunc plora, si res tibi non successerit; nam plorare, te dignum fuerit. Nunc autem aliis te rebus intentum esse, alia curare dicis: atqui recte vulgo

οἱ πολλοὶ δὲ τοῦτο καλῶς λέγουσιν, ὅτι ἔργον ἔργου οὐ κρινωνεῖ. Ὁ μὲν ἐξ ἔρθρου ἀναστὰς, ζητεῖ τιν' ἂν ἐξ οἴκου ἀσπάζηται, τίνι κεχαρισμένον λόγον ἀπῆ, τίνι δῶρον πέμψῃ, πῶς τῷ ἐρχηστῇ ἀρέσῃ, πᾶς κατακλιθεὶς ἄλλον ἄλλω χαρίσεται. ὅταν εὐχῆται, περὶ τούτων εὐχεται ὅταν θύῃ, ἐπὶ τούτοις θύει· τὰ τοῦ Πυθαγόρου.

Μὴ δ' ὕπνον μαλακοῖσιν ἐπ' ὄμμασι προσδέξασθαι,

33 ἐνταῦθα παρατίθειμε. Πῆ παρέβην, τῶν πρὸς κολακείαν; Τί ἔρεξα; μή τι ὡς ἐλεύθερος, μή τι ὡς γενναῖος; Κἂν εὖρῃ τι τοιοῦτον, ἐπιτιμᾷ ἑαυτῷ καὶ ἔγκαλεῖ. Τί γάρ σοι καὶ τοῦτο εἰπεῖν; οὐ γὰρ ἐνὴν ψεύδεσθαι; Λέγουσι καὶ οἱ φιλόσοφοι, ὅτι οὐδὲν καλύει ψεῦδος εἰπεῖν. Σὺ δ', εἴπερ τῶν ἀληθείαις οὐδενὸς ἄλλου πεφρέντικας ἢ χρεῖ-

vulgo illud dicunt, Opus cum opere nullam habere communionem. Ille dilu-oulo surgens, quaerit quem nam ex (Caesaris) domesticis salutet, cujus gratiam verbis ineat, cui manus mittat, quomodo saltatori placeat; quomodo, alio in fraudem illecebo, alii gratificetur. Cum vota facit, de his vota facit; cum im- molat, propter haec immo- lat: Pythagoricum illud

Nec molles oculi som- nius prius admittant,

huo transfert. „Qua parte „sum transgressus, — quod „ad adulationem adinet? „Quid feci? — num quid „ut ingenuus, num quid ut „generosus?“ — Quod si quid tale invenerit, se ip- sum increpat & reprehendit. „Quid tua; intererat „istud dicere? an mentiri „non licuit? Dicunt etiam „philosophi, nihil prohi- „bere quod minus menda- „cium dicatur.“ Tu vero, siquidem revera nihil aliud curas nisi te ipsum visorum usum,

ἢ χρήσεως οἷας δεῖ Φαιτασιῶν, εὐθύς ἀνίσταίς
 ἕωθεν ἐν θυμῷ, Τίνα μοι λείπει πρὸς ἀπάθειαν;
 τίνας πρὸς ἀταραξίαν; τίς εἰμί; μή τι σωματίων;
 μή τι κτήσις; μή τι Φήμη; αὐθὲν τούτων. ἀλλὰ
 τί; λογισμὸν εἰμι ζῶντα. Τίνα οὖν καὶ ἀπατήμα- 35
 τα; ἀναπόλει τὰ πεπραγμένα. πῆ παρέβην τῶν
 πρὸς εὐροίαν; τί ἔρεξα ἢ ἀφίλον ἢ ἀκοινώνητον;
 τί μοι δέον οὐκ ἐτελέσθῃ πρὸς ταῦτα;

Τοσαύτης οὖν τῆς διαφορᾶς οὕσης τῶν ἐπι- 36
 θυμουμένων, τῶν ἔργων, τῶν εὐχῶν, ἔτι θίλεις
 τὸ ἴσον ἔχειν ἐν ἐκείνοις, περὶ ἃ σὺ μὲν οὐκ
 ἐσπούδακας, ἐκείνοι δ' ἐσπούδακασιν; Ἐῖτα θου- 37
 μάξεις εἰ σ' ἐλευσίσι, καὶ ἀγανακτεῖς; Ἐκείνοι δ'
 οὐκ ἀγανακτοῦσιν, εἰ σὺ αὐτοὺς ἐλέεις. Διὰ τί;
 Ὅτι ἐκείνοι μὲν πεπεισμένοι εἰσιν, ὅτι ἀγαθῶν
 τυγχάνουσι, σὺ δ' οὐ πέπεισαι. Διὰ τοῦτο σὺ 38

Q 9 4

μὲν

πισum, statim ubi mane sur-
 tlexeris cogita: „Quid mi-
 „hi deest ad vacuitatem
 „perturbationum? quid ad
 „animi tranquillitatem?
 „Quis sum? num corpuscu-
 „lum? num opes? num
 „fama? nihil horum. Quid
 „vero sum? Animal ratio-
 „nis particeps.“ Quid er-
 go ab eo postulatur? Ru-
 mina aetna tua. „Ubi ne-
 „glexi ea quae ad prosperi-
 „tatem faciunt? quid fe-
 „ci ab amicitia & socie-
 „tate alienum? quid in
 „his rebus a me negle-

„tum est, quod faciendum
 „fuit?“

Cum igitur tantum dis-
 crimen sit desideriorum,
 operum, votorum; adhuc
 istis par esse cupis, & iis
 quidem in rebus, in qui-
 bus tu non elaborasti, illi
 elaborarunt? Postea mira-
 ris, si te miserantur; &
 indignaris? Illi vero non
 indignantur, cum tu illos
 miseraris. Quamobrem?
 Quoniam illi quidem per-
 suasum habeat, se potiri
 bonis; tu vero non per-
 suasum habes. Quapropter
 tu

μὲν οὐκ ἀρκῆ τοῖς σοῖς, ἀλλ' ἐφίεσαι τῶν ἐκείνων·
ἐπειροὶ δ' ἀρκούνται τοῖς ἑαυτῶν, καὶ οὐκ ἐφίεσαι
τῶν σῶν. ἐπεὶ τοι εἰ ταῖς ἀληθείαις ἐπέπεισο,
ὅτι περὶ τὰ ἀγαθὰ σὺ εἶ ἐπιτυγχάων εἶ, ἐκείνοι
δ' ἀποποπλάνηται, οὐδ' ἂν ἐνεθυμῶ τί λῆγαι
περὶ σαῦ.

Κ Ε Φ. ζ'.

Περὶ Ἀφοβίας.

Τί ποιεῖ φοβερόν τὸν τύραννον; Οἱ δορυφόροι,
Φησὶ, καὶ αἱ μάχαιραι αὐτῶν, καὶ αἱ ἐπὶ τοῦ
κοιτῶνος, καὶ οἱ ἀποκλείοντες τοὺς εἰσιόντας.

- 2 Διὰ τί οὖν, ἂν παιδίον αὐτῷ προσαγάγῃς μετὰ
τῶν δορυφόρων ὄντι, αὐτὸ φοβεῖται, ἢ ὅτι οὐκ αἰ-
3 σθάνεται τούτων τὸ παιδίον; Ἄν οὖν τῶν δορυ-
φόρων τις αἰσθάνηται, καὶ ὅτι μάχαιρας ἔχου-
σιν,

tu rebus tuis non es con-
tentus, sed sortem illorum
desideras: illi vero suâ for-
te contenti sunt, nec tuam
desiderant. Nam, siquidem

revera persuasum haberes,
te potiri bonis, illos vero
aberrare; nō in mentem
quidem venisset, cogitare
quid illi de te dicerent.

C A P. VII.

De Timoris vacuitate.

Quid terribilem facit ty-
rannum? Satellites, inquit,
eorumque gladii, & cubi-
cularii, & ii qui ingredien-
tes excludunt. Itaque puer,
cum ad eum adducitur, sa-

tellites secum habentem,
cur non formidat; nisi quis
puer ista non intelligit? Si
quis igitur satellites intel-
ligit, eosque gladiis in-
structos esse novit; hac ip-
sa

σι, ἐπ' αὐτὸ δὲ τούτῳ προσέρχεται αὐτῷ, θέ-
λων ἀποθανεῖν διὰ τινὰ περίστασιν, καὶ ζητῶν
ὑπ' ἄλλου κτεθεῖν αὐτὸ εὐκόλως; μή τι φοβεῖται
τοὺς δευφόρους; Θέλει γὰρ τούτῳ, δι' ὃ φοβε-
ροί εἰσιν. Ἄν οὖν τις, μήτ' ἀποθανεῖν μήτε ζῆν 4
θέλων ἐξ ἄπειρας, ἀλλ' ὡς ἂν δίδωται, προσ-
έρχεται αὐτῷ, τί κωλύει μὴ δεδοικότες προσέρ-
χεσθαι αὐτόν; Οὐδέν. Ἄν τις οὖν καὶ πρὸς τὴν 5
κτῆσιν ὡσαύτως ἔχη κτεθέσθαι οὗτος πρὸς τὸ σώ-
μα, καὶ πρὸς τὰ τέκνα καὶ τὴν γυναῖκα, καὶ
ἀπλῶς ὑπὸ τινος μενίας καὶ ἀπειροίας οὕτως ἢ
διωκόμενος, ὥστ' ἐν μηδενὶ ποιῆσθαι τὸ ἔχειν
ταῦτα ἢ μὴ ἔχειν, ἀλλ', ὡς ὀστρακίοις τὰ παι-
δια παίζοντα περὶ μὲν τῆς παιδείας διαφέρε-
ται, τῶν δ' ὀστρακίων οὐ κτεθέσθαι, αὐτῷ δὲ
καὶ οὕτω τὰς μὲν ἕλας παρ' οὐδέν ἢ πεποι-
μένος, τὴν παιδίαν δὲ τὴν περὶ αὐταῖς καὶ ἀνο-
στραφῆν ἀσπάζεται: ποῖος ἐστὶ τούτῳ τύραννος

Q 9 5

Φοβε-

sa vero de causa ob aliquod
infortunium accedit, ut
moriatur, & ab alio contra
difficultatem occidi vult,
isne formidat satellites?
Non: vult enim id ipsum,
propter quod illi sunt for-
midabiles. Si quis ergo
nec mori nec vivere desti-
nato volens, sed ut res tu-
lerit, tyrannum accesserit,
quid vetat convenire illum
absque metu? Nihil. Si
quis ergo etiam erga opes
sic affectus fuerit, ut hic

erga corpus; si erga libe-
ros & uxorem; si denique
furore quodam & despera-
tione sic affectus fuerit, ut
in nullo discrimine ponat,
sive habeat ista, sive non
habeat; sed, quemadmo-
dum pueri, testis ludentes,
ludum quidem curant, te-
stas ipsas non curant, ita
si hic quoque materias qui-
dem nihil aestimet, ludum
vero & tractationem illa-
rum amplectatur; quis ad-
huc tyrannus isti erit for-
midabi-

φοβερός; ἢ ποῖοι δορυφόροι; ἢ ποῖοι μάχαιραι αὐτῶν;

- 6 Εἶτα ὑπὸ μανίας μὲν δύναται τις εὖτω δια-
 τεθῆναι πρὸς ταῦτα, καὶ ὑπὸ ἔθους οἱ Γαλιλαῖοι·
 ὑπὸ λόγου δὲ καὶ ἀποδείξεως οὐδεὶς δύναται μα-
 θεῖν, ὅτι ὁ Θεὸς πάντα πεποίηκε τὰ ἐν τῷ κόσ-
 μῳ, καὶ αὐτὸν τὸν κόσμον ὅλον μὲν ἀκώλυτον καὶ
 αὐτοτελεῖ, τὰ ἐν μέρει δ' αὐτοῦ πρὸς χρείαν τῶν
 7 ὄλων; Ταῦ μὲν οὖν ἄλλα πάντα ἀπῆλλανται τῷ
 δύνασθαι παρακαλουθεῖν τῇ δικίῃσει αὐτοῦ· τὸ
 δὲ λογικὸν ζῶον ἀφαιρέσει ἔχει πρὸς ἀναλογισμὸν
 τούτων ἀπάντων, ὅτι τε μέρος ἐστὶ, καὶ ποῖόν
 τι μέρος, καὶ ὅτι τὰ μέρη τοῖς ὅλοις εἶπεν ἔχει
 8 καλῶς. πρὸς ταῦτοις δὲ, φύσει γενναῖον καὶ
 μεγαλόψυχον καὶ ἐλεύθερον γινόμενον, ἐρεῖ, διότι
 τῶν περι' αὐτὸ τὰ μὲν ἀκώλυτα ἔχει καὶ ἐπ'
 αὐτῷ, τὰ δὲ κωλυτὰ καὶ ἐπ' ἄλλοις· ἀκώλυτα
 μὲν, τὰ προαιρετικά· κωλυτὰ δὲ, τὰ ἀπροαί-
 ρετα.

midabilis, aut qui fatel-
 lites, quive eorum gla-
 dii?

Ergo furore quidem sic
 aliquis adfici potest adver-
 sus illa, aut adsuétude,
 ut Galilæi; ratione vero
 & demonstratione cogno-
 scere nemo potest, Deum
 ea quæ in mundo sunt om-
 nia fecisse, & ipsum mun-
 dum universum quidem li-
 berum & perfectum, par-
 tes autem ejus ad usum uni-
 versū? Ac cætera quidem

animantia gubernationem
 ejus adsequi non possunt,
 animal vero rationis parti-
 ceps facultatem habet ist-
 hæc omnia considerandi;
 se & partem esse, & cer-
 tam quamdam partem; &
 decere, ut partes cedant
 universo: præter hæc, na-
 turâ cum sit generosum,
 magnanimum & liberum,
 videt, se rerum earum quæ
 ipsum circumdant, alias
 habere liberas & sui juris;
 alias obnoxias & juris
 alieni; libera quæ ad
 ipsius

ρητος. και δια τρυτο, εαν μη εκ τούτοις μόνοις 9
 ηγήσεται τὸ ἀγαθὸν τὸ αὐτοῦ καὶ τὸ συμφέρον,
 τοῖς ἀνωλύτοις καὶ ἐφ' ἑαυτῶ· ἐλεύθερον ἔσται,
 εὐφρον, εὐδοκῶμον, ἀβλαβὲς, μεγαλόφρον, εὐσε-
 βὲς, χάριν ἔχον ὑπὲρ πάντων τῶ Θεῶ, μη-
 δαμῶ μετφόμενον μηδενὶ τῶν οὐκ ἐφ' ἑαυτῶ γονο-
 μένων, μηδενὶ ἐγκαλοῦν. ἀν δ' ἐν τοῖς ἐκτός καὶ 10
 ἀπερομητέτοις· ἀνάγκη καλύεσθαι αὐτὰ, ἐμποδι-
 ζεσθαι, δουλεύειν τοῖς ἐπείνων ἔχουσιν ἐξουσίαν
 ἢ τεθαύμακε καὶ φοβεῖται· ἀνάγκη δ' ἀσεβὲς 11
 ἔσται, ἄτε βλάπτεσθαι οἰόμενον ὑπὸ τοῦ Θεοῦ
 καὶ ἀνισον, ὡς αἰεὶ αὐτῶ τοῦ πλείονος περιποι-
 τικόν· ἀνάγκη δὲ καὶ ταπεινὸν εἶναι καὶ μικρο-
 πρεπέες.

Ταῦτα τί καλύει διαλαβόντες. ζῆν κούφως 12
 καὶ εὐηρίας, πάντα τὰ συμβαίνειν δυναμένα
 πρῶτα ἐκδοχόμενον, τὰ δ' ἤδη συμβεβηκότα φέ-
 ροντα;

ipsius voluntatem perti-
 nent; obnoxias, quæ ad
 voluntatem non pertinent;
 proptereaque, si in his so-
 lis bonum suum & commo-
 dum collocarit, quæ pro-
 hiberi non possunt, & in
 ipsius potestate sunt, fore
 se liberum, prosperum, fel-
 ix, indemne, magnani-
 mum, pium, gratias agens
 Deo pro omnibus; nus-
 quam de quapiam re, quæ
 in ipsius potestate non sit,
 conquerens; nihil accu-
 sans; sed vero in externis,
 & illis quæ alieni juris sunt;

necesse esse, ut prohibea-
 tur, impediatur, feriat
 illis qui ea in potestate ha-
 bent quæ miratur & timet;
 necesse porro esse, ut sit
 impius, quippe quod sibi
 a Deo noceri putet; &
 iniquum, ut quod semper
 sibi plus acquirere studeat;
 præterea necesse esse, ut
 sit humilis & sordidum.

Hæc si quis animo con-
 ceperit, quid eum vetat vi-
 vere expedite & placide;
 quidquid accidere possit,
 æquo animo expectantem;
 ea vero quæ jam accide-
 runt

13 ροντα; Θέλεις πένιαν; Φέρε, και γνώση τί
 ἔστι πένια τυχεύουσα καλοῦ ὑπεκριτοῦ. Θέλεις
 14 ἀρχαί; Φέρε, και πόνους. Ἄλλ' ἐξαρκούν;
 Ὅπου ἂν ἀπέλθω, ἐκεῖ μοι καλῶς ἔσται. και γάρ
 ἐπιτάδε, οὐ δια τὸν τόπον ἦν μοι καλῶς, ἀλλὰ
 δια τὰ δόγματα, ἃ μέλλω μετ' ἑμαυτοῦ ἀπο-
 φέρον. οὐδὲ γάρ δύναταί τις ἀφελῆσθαι αὐτά·
 ἀλλὰ ταῦτα μόνα ἐμά ἐστι και ἀναφαίρετα,
 και ἀρκεῖ μοι παρόντα, ὅπου ἂν ᾶ, και ἃ τι ἂν
 15 ποιῶ. Ἄλλ' ἤδη καιρός ἀποθανεῖν. Τί λέγεις,
 ἀποθανεῖν; Μὴ τραγῶδες τὸ πρᾶγμα, ἀλλ' ἐπὶ
 ὡς ἔχει ἤδη καιρός, τὴν ἕλην, ἐξ ᾧ συνῆλθεν,
 εἰς ἐκείνας πάλιν ἀναλυθῆναι. Και τί δεινόν; τί
 μέλλει ἀπόλλυσθαι τῶν ἐν τῷ κόσμῳ; τί γενέ-
 16 σθαι καινόν, παραλόγον; Τούτων ἕνεκα ὁ τύραν-
 νος φοβερός ἐστι; δια ταῦτα οἱ δαρυφῆροι μεγά-
 λαις δοκοῦσαι ἔχεν τὰς μαχαίρας και ῥηθείαι; ἀλλ'.
 λους

sunt tolerantem? Vis pau-
 pertatem mihi imponere?
 Impone! cognosces, quid
 sit paupertas bonum nacta
 fabulae actorem. Vis im-
 peria? Cedo! atque etiam
 labores! At relegationem?
 Quocumque venero, ibi
 mihi bene erit. Nam &
 hic, non propter locum
 bene mihi fuit, sed pro-
 pter decreta, quae mecum
 sum ablaturus. Neque enim
 ea eripere quisquam potest:
 haec sola mea sunt & pro-
 pria, mihi quae dum adsunt:

sufficient, ubiqueque suo-
 ro, & quidquid fecero.
 At jam tempus est morien-
 di. Quid dicis? Morien-
 di? Noli rem tragicae ex-
 aggerare; sed dic quemad-
 modum se habet: jam tem-
 pus est materiae in ea, e qui-
 bus conflata est, resoluenda.
 Quid hoc mali ha-
 bet? quid perituum est
 eorum quae sunt in mundo?
 quid fiet novum aut mira-
 bile? Eone tyrannus formi-
 dabilis est? propter hoc
 satellites magnos videntur
 habere

λαίς ταῦτα· ἐμὴ δ' ἔσκεπται περὶ πάντων· ἀπὸ
 ἐμὲ οὐδεὶς ἐξουσίαν ἔχει· ἠλευθέρωμαι ὑπὸ τοῦ 17
 Θεοῦ, ἔγνωναι αὐτοῦ τὰς ἐντολαίς; οὐκέτι οὐδεὶς
 δουλεωγοῦμαι με δύναται· καρπιστήν ἔχω οἶον
 δεῖ, δικαστὰς οἶον δεῖ. Οὐχὶ τοῦ σώματός μου 18
 κύριος εἶ; τί οὖν πρὸς ἐμέ; Οὐχὶ τοῦ κτησειδίου;
 τί οὖν πρὸς ἐμέ; Οὐχὶ φυγῆς, ἢ δεσμῶν; Πάλ-
 λιν τούτων πάντων καὶ τοῦ σωματίου ὅλου σοὶ αὐ-
 τοῦ ἐξίσταμαι, ὅταν θέλῃς· πείρασά σου τῆς
 ἀρχῆς, καὶ γνώση μέχρι τίνος αὐτὴν ἔχεις.

Τίνα οὖν ἔτι φαβηθῆναι δύναμαι; Τους ἐπὶ 19
 τοῦ κοιτῶνος; Μὴ τί ποιήσωσιν; Ἀποκλείσωσί
 με; Ἄν με εὕρωσι θέλοντα εἰσελθεῖν, ἀποκλει-
 σάτωσαν. Τί οὖν ἔρχη ἐπὶ θύρας; Ὅτι καθήκειν
 ἐμαυτῷ δοκῶ, μεναίσης τῆς παιδείας, συμπαίζων.
 Πῶς οὖν οὐκ ἀποκλείη; Ὅτι, ἂν μή τις με δε- 20
 χηται, οὐ θέλω εἰσελθεῖν· ἀλλ' αἰεὶ μάλλον
 ἐκείνο

habere gladios & acutos?
 Aliis ista dicantur! nam
 mihi quidem meditata sunt
 omnia: in me nemo ullam
 potestatem habet. Liber-
 tate sum donatus a Deo;
 novi ejus mandata; nemo
 posthac in servitutum redi-
 gere me potest: adferto-
 rem habeo quem oportet,
 judices habeo quales oportet.
 Nonne corporis mei
 dominus es? Quid ergo
 ad me? Nonne possessionu-
 culæ? Quid ergo ad me?
 Nonne fugæ, & vinculo-
 rum? Et his omnibus

& toto ipso corpore tibi
 cedam, quum volueris. Fac
 periculum imperii tui;
 quam late illud pateat, co-
 gnosces.

Quem igitur posthac ti-
 mere possum? Cubicula-
 rios? Quamobrem? Ne
 me excludant? Si me in-
 venerint ingredi volentem,
 excludunto. Quid ergo
 venis ad fores? Quod con-
 venire mihi puto, ludo du-
 rante, ut colludam. Quo-
 modo ergo non exclude-
 ris? Quia, si quis me non
 admittit, ingredi nolo;
 sed

ἐπεὶνο θέλω, τὸ γινόμενον. κρεῖττον γὰρ ἡγοῦμαι
 ὁ ὁ Θεὸς θέλει, ἢ ἐγώ. προσακείσομαι διάκοτος
 καὶ ἀκόλουθος ἐκείτω, συνοφημῶ, συνορέγομαι,
 ἀπλῶς συνθέλω. ἀποκλεισμός ἐμοὶ οὐ γίνεται,
 21 ἀλλὰ τοῖς βιαζομένοις. Διὰ τί οὖν οὐ βιάζομαι;
 Οἶδα γάρ, ὅτι ἔσω ἀγαθὸν εὐδὲν διαδίδεται τοῖς
 εἰσελθούσιν. ἀλλ' ὅταν ἀκούσω τινὰ μακαριζόμε-
 νον, ὅτι τιμῶται ὑπὸ τοῦ Καίσαρος, λέγω, Τί
 αὐτῷ συμβαίνει; Ἐπαρχία. Μή τι οὖν καὶ δόγ-
 μα οἶον δεῖ; Ἐπιτροπή. Μή τι οὖν καὶ τὸ χρη-
 22 σθαι ἐπιτροπῆ; Τί ἔτι διαδοῦμαι; Ἰσχυροδοκίμα
 τις διαρρίπτει τὰ παιδία ἀρπάζει, καὶ ἀλλή-
 λοις διαμαίχεται· οἱ ἄνδρες οὐχὶ, μικρὸν γὰρ
 αὐτὸ ἡγοῦνται. ἀν' ὃ ὀστράκισα διαρρίπτῃ τις,
 23 οὐδὲ τὰ παιδία ἀρπάζει. Ἐπαρχίῃ διαδίδον-
 ται· ἔψεται τὰ παιδία. ἀργύριον· ὄψεται τὰ
 παιδία.

sed semper illud potius vo-
 lo quod fit. Melius enim
 id iudico quod Deus vult,
 quam quod ego. Adhæ-
 reo illi ut minister & pe-
 dissequus; cum illo meus
 fertur impetus, cum illo
 adpeto; denique, quod
 ille vult, idem & ipse vo-
 lo. Mihi nulla janna clau-
 ditur, sed his qui vi ingredi
 nituntur. Cur autem vim
 ego non facio? Quia novi,
 intus nullum bonum distri-
 bui ingressis. Sed cum
 aliquem fortunatum judi-
 cari audiero, quod a Cæ

fare honoratur, dico, Quid
 ei contingit? Præfectura.
 Num igitur etiam animi de-
 cretum quale oportet? Mu-
 nus procuratoris. Num
 igitur illud etiam, ut recte
 utatur illo munere? Quid
 adhuc vi perumpere nitatur?
 Ficus & nuces aliquis pro-
 jicit: pueri rapiunt, & in-
 ter sese certant: viri vero
 non item; parvi enim id
 ducunt. Si quis autem te-
 stulas projiciat, ne pueri
 quidem rapiunt. Provin-
 ciæ distribuuntur; viderint
 pueri: argentum; viderint
 pueri:

παιδία· στρατηγία, ὑπατεία· διαρπαζέτω τὰ
 παιδία· ἐκκλείσθω, τυπτέσθω, κατὰφιλείτω·
 τὰς χεῖρας τοῦ δίδόντος, τῶν δούλων· ἐμοὶ δ'·
 ἰσχυραδαίρουόν ἐστιν. Τί οὖν; Ἄν ἀποτύχης 24
 πτοῦντος αὐτοῦ, μὴ φρόντιζε. ἂν σου ἔλθῃ εἰς
 τὸν κόλπον ἰσχάς, ἄφρας κατὰφαγε· μέχρι τοσού-
 του γὰρ ἐστὶ καὶ ἰσχάδα τιμῆσαι. εἰ δὲ κύψω,
 καὶ ἄλλον ἀνατρέψω, ἢ ὑπ' ἄλλου ἀνατραπῶ,
 καὶ πολακεύσω τὸς εἰσιόντας· οὐκ ἀξία οὐτ' ἰσχάς,
 οὐτ' ἄλλο τι τῶν οὐκ ἀγαθῶν, ἃ με ἀναπεπέ-
 κασιν οἱ φιλόσοφοι μὴ δοκεῖν ἀγαθὰ εἶναι.

Δείκνυέ μοι τὰς μαχαίρας τῶν δευφύρων. 25
 Ἴδου ἠλίκασι εἰσὶ, καὶ πῶς ὀξεῖαι. Τί οὖν ποιοῦσιν
 αἱ μεγάλαι αὐταὶ μάχαιραι καὶ ὀξεῖαι; Ἀποκτιν-
 νύουσι. Πυρετὸς δὲ τί ποιεῖ; Ἄλλο οὐδέν. Κε- 26
 ραμίς δὲ τί ποιεῖ; Ἄλλο οὐδέν. Θέλεις οὖν πάν-
 τα ταῦτα θαυμάζω καὶ προσκυνῶ, καὶ δούλος
 πάντων

pueri: praetura, consula-
 tus; rapiant pueri, exclu-
 dantur, vapulent, deoscu-
 lentur manus fervorum lar-
 gitoris: mihi vero ficus &
 nuces sunt. Quid ergo?
 Si projiciente illo frustra-
 tus fueris, noli curare: sin
 ficus in sinum tuum incide-
 rit, sublatam devora; nam
 eatenus ficum etiam tanti
 facere licet. Si vero me
 inclinabo, & alium everte-
 ro, aut ab alio everfus, si
 ingredientibus adulatus fue-

ro; tanti neque ficus est,
 nec quidquam eorum quae
 bona non sunt, quae phi-
 losophi mihi persuaserunt
 in bonis non esse habenda.
 Ostende mihi gladios sa-
 tollitum. Dic mihi: Vide
 quanti sint, & quam acuti.
 Quid ergo faciant magni
 isti gladii & acuti? Occi-
 dunt. Febris autem quid
 facit? Aliud nihil. Te-
 gula quid facit? Aliud ni-
 hil. Vis ergo ut ista om-
 nia admiret & adorem, &
 istorum

- 27 πάντων περιέρχουμαι; Μὴ γένοιτο· ἀλλ' ἀπαξ
μαθὼν, ὅτι τὸ γινόμενον καὶ φθαρῆναι δεῖ, ἵνα
ὁ κόσμος μὴ ἴσθηται μὴδ' ἐμποδίζηται, οὐκέτι
διαφέρομαι πότερον ἢ πυρετὸς αὐτὸ ποιήσει, ἢ κε-
ραμῖς, ἢ στρατιώτης. ἀλλ' εἰ δεῖ συγκρῆναι,
οἶδ' ὅτι ἀπονώτερον αὐτὸ καὶ ταχύτερον ὁ στρα-
28 τιώτης ποιήσει. Ὅταν οὖν μήτε φοβῶμαι τι ἢ
διαθεῖναί με δύναται, μήτ' ἐπιθυμῶ τις ἢ
παρασχεῖν, τί ἔτι θαυμάζω αὐτόν; τί ἔτι τέ-
θηκα; τί φοβούμαι τοὺς δορυφόρους; τί χαίρω,
ἂν μοι φιλανθρώπως λαλήσῃ, καὶ ἀποδέξηταί με,
29 καὶ ἄλλοις διηγούμαι πῶς μοι ἐλάλησε; μὴ γὰρ
Σωκράτης ἐστί; μὴ γὰρ Διογένης; ἢ ὁ ἔκαι-
νος αὐτοῦ ἀπόδειξις ἢ περὶ ἐμοῦ; μὴ γὰρ τὸ ἦθερ
30 ἐζήλωκα αὐτοῦ; Ἀλλὰ τὴν παιδίαν σώζων, ἐρ-
χουμαι πρὸς αὐτόν, καὶ ὑπηρετῶ, μέχρις ἂν ὅτου
μηδὲν ἀβέλτερον κελεύῃ, μὴδ' ἀρροῦθμον. ἂν
δε

istorum omnium servus ob-
ambulem? Absit: sed; cum
semel didicerim, id quod
ortum est etiam interire
oportere, ne mundus in
suo cursu subsistat aut im-
pediatur; nihil mea refert,
febrisne id faciat, an tegu-
la, an miles. Sed si con-
tendere hæc inter se licet,
scio, minore cum molestia
& celerius id facturum esse
militem. Cum ergo nihil
eorum timuero quæ facere
mihi tyrannus potest, nec
desideraro quidquam eorum

quæ largiri potest; quid
adhuc eum admiror? quid
adhuc stupeo? quid timeo
satellites? quid gaudeo, si
me humaniter fuerit adlo-
cutus, & adprobarit? cur
aliis dico, ut mecum sit
locutus? Num enim So-
crates est? num Dioge-
nes? ut ejus laus sit de-
monstratio mei? num enim
mores ejus admiror? Mi-
nime: sed, ut ludam tuear,
accedo illum, eique mi-
nistro, quoad me nihil im-
probum, nihil absurdum
jusserit.

δέ μοι λέγῃ, ἄπειλε ἐπὶ Λέοντα τὸν Σαλαμίνιον· λέγων αὐτῷ, Ζήτει ἄλλον; ἐγὼ γὰρ οὐκ ἐτι πιάζω. "Ἀπάγε αὐτόν. Ἀπολουθῶ ἐν παιδία. Ἄλλ' αἰφαιρέταιί σου ὁ τράχηλος. Ἐκείνου δ' αὐτοῦ αἰὲ ἐπιμένει; ὑμῶν δὲ τῶν παιδομένων; Ἄλλ' ἀταφος ριφήση. Εἰ ἐγὼ εἶμι ὁ νεκρός, ριφήσομαι· εἰ δ' ἄλλος εἶμι τοῦ νεκροῦ, καμψότερον λέγε, ὡς ἔχει τὸ πρᾶγμα, καὶ μὴ ἐκφόβει με. τοῖς παιθίοις ταῦτα φοβερά ἐστι καὶ τοῖς ἀνοήτοις. εἰ δὲ τις, εἰς φιλοσόφου σχολὴν ἀπαξ εἰσελθὼν, οὐκ οἶδε τί ἐστὶν αὐτός, ἀξίως ἔατι φοβεῖσθαι καὶ κολακεύειν οὐς ὕστερον ἐκολάκισεν· εἰ μήπω μεμάθηκεν, ὅτι οὐκ ἔστι σάρξ, οὐδ' ὄστα, οὐδὲ νεῦρα, ἀλλὰ τὸ ταῦτοις χρώμενον, καὶ διοικῶν καὶ παρακολουθεῖν ταῖς φαντασίαις.

Ναί. ἀλλ' οἱ λόγοι οὗτοι καταφρονητὰς 33
ποιούσι τῶν νόμων. Καὶ ποῖοι μᾶλλον λόγοι παιδομένους

jufferit. Si vero mihi dicat, abi ad Leontem Salaminiū; dico ei, Quære alium; ego enim non amplius ludo. „Abduc in carcerem.“ Sequor per jocum. „At caput tibi auferitur.“ An vero illius ipsius semper manet? vestra item capita, qui ei obtemperatis? „At insepultus abjicietis.“ Si ego sum cadaver, projiciat: sin diversus sum a cadavere, loquere aptius, ut res se habet; neque me terro-

Epist. Dissert. T. I.

to. Pueris ista terribilia sunt, & stultis. Si quis autem semel scholam philosophi ingressus, ignorat quid ipse sit, is dignus est, qui terreatur, & aduletur cui posthac adulatus est: si nondum didicit, se non esse carnem, neque ossa, neque nervos; sed id quod his utatur, quod gubernet & sequatur vita.

Esto: at isti sermones efficiunt legum contemptores. Immo-voto, quintus

Rr

sermo-

34 Δομένους παρέχουσι τοῖς νόμοις τοὺς χρωμένους;
 Νόμος δ' οὐκ ἔστι τὰ ἐπὶ μαρῶ. Καὶ ὄραος ἔρα,
 πῶς καὶ πρὸς τούτους ὡς δεῖ ἔχοντας παρασκευά-
 ζουσι· οἱ γε διδάσκουσι μηδενὸς ἀντιποιῆσθαι
 35 πρὸς αὐτοὺς ἐν οἷς ἀν' ἡμᾶς νειῆσαι δύσανται. περὶ
 τὸ σωματίον διδάσκουσιν ἐξίστασθαι, περὶ τὴν
 κτῆσιν ἐξίστασθαι, περὶ τὰ τέκνα, γονεῖς, ἀδελ-
 φούς, πάντων παραχαρῶν, πάντα ἀφίεναι· μέ-
 να τὰ δόγματα ὑπεξαρῶνται, ἀ καὶ ὁ Ζεὺς ἐξ-
 36 ἀρετα ἐκάστου εἶναι ἠθέλησε. Ποία ἐνθάδε πα-
 ραινομία; ποία ἀβελτερία; Ὅπου κρείττων εἶ
 καὶ ἰσχυρότερος, ἐκεί σοι ἐξίσταμαι· ὅπου πάλ-
 λιν ἐγὼ κρείττων, σὺ παραχώρει μοι. ἐμοὶ γὰρ
 37 μεμέληκε, σοὶ δ' οὐ. σοὶ μέλες, πῶς ἀν' ἐν λι-
 θοστρώτοις οἰκήσητε, πῶς παῖδες σοι καὶ πελά-
 ται διακονῶσι, πῶς ἐσθῆτα περιβλεπτον φορῆς,
 πῶς κνηγούς πολλοὺς ἔχης, πῶς κισσαροδούς, τρα-
 γαδούς.

sermones legibus obedi-
 tiores reddant hos qui his
 utuntur? At lex non est
 id, quod in potestate est
 stultorum, Et tamen vide,
 quo pacto sermones isti nos
 instruant, ut etiam adver-
 sus hoc genus hominum
 ita ut oportet nos gema-
 mus; quippe, qui docent,
 ut nihil nobis adversus il-
 los vindicemus, in quo illi
 nos vincere possint: do-
 cent, cedendum esse cor-
 pore, possessione, liberis,
 parentibus, fratribus, om-
 nibus his cedendum esse,

omnia missa facienda: sola
 decretis excipiunt, quæ ip-
 se etiam Jupiter eximia cu-
 iusque esse voluit. Quæ
 hic est legum violatio? quæ
 improbitas? Qua parte tu
 potentior es & fortior, ea
 tibi cedo; vicissim, ubi ego
 superior sum, tu mihi ce-
 de: res enim hæc curæ
 mihi fuit, tibi non fuit.
 Tibi curæ est, quomodo
 in palatiis habites, quomo-
 do pueri & clientes tibi
 ministrent, quomodo ve-
 stem conspicuam gestes, ut
 venatores multos habeas,

ut

γαθούς. μή τι ἀντιποιῶμαι; μή τι οὖν δογμα- 38
 των σοι μεμέληκε; μή τι τοῦ λόγου τοῦ σπου-
 τοῦ; μή τι αἰδᾶς ἐκ τίνων μερίων συνέστηκε, πῶς
 συνάγεται, τίς ἢ διάρθρωσις αὐτοῦ, τίνας ἔχει
 κώμους; καὶ ποίας τινάς; Ἐὶ οὖν ἀγανακτεῖς, εἰ 39
 ἄλλος ἐκ τούτοις σου πλεον ἔχει, ὁ μεμελετηκώς;
 Ἀλλὰ ταῦτ' ἐστὶ τὸ μέγιστον. καὶ τίς σε κωλύει
 περὶ ταῦτ' ἀναστρέφασθαι, καὶ τούτων ἐπιμελεῖ- 2
 σθαι; τίς δὲ μείζονα ἔχει παρασκευὴν βιβλίων,
 συσχολίας, τῶν ὠφελουσίων; μόνον ἀπόνευσίν 40
 σκοπεῖ ἐπὶ ταῦτα, ἀπόνευσιν καὶ ὄλιγον χρόνον τῶ
 σπουτοῦ ἡγεμονικῶς σκέψαι τί ποτ' ἔχεις τοῦτο,
 καὶ πῶθεν ἐληλυθός, τὰ πᾶσι τοῖς ἄλλοις χρω-
 μένον, πάντα τ' ἄλλὰ δοκιμάζον, ἐκλεγόμενον,
 ἀσκελεγόμενον. Μέγρι δ' ἂν σὺ περὶ τὰ ἐπιτὸς 41
 ἀναστρέφῃ, ἐκείνα ἔχεις αἰεὶ οὐδεὶς τοῦτο δ', οἷος
 αὐτὰ ἔχων θέλεις, ῥυπαρὸν καὶ ἀτημέλητον.

R 1 a

KEΦ.

ut citharædos, tragædos. Num ista mihi vendico?
 Num igitur decreta tibi eu-
 ræ fuerunt? num tua ip-
 sius ratio? num scis, e
 quibus partibus constet,
 quomodo jungatur, quæ
 sit ejus distinctio, quas ha-
 beat vires, & quales? Quid
 ergo indignaris, si alius in
 his te superat, qui illa me-
 ditatus est? Hæc verò ma-
 xima sunt. Et quis ea te
 tractare prohibet & cura-
 re? quis vero instructior

est libris, otio, magistris?
 Modo diverte aliquando
 tandem ad hæc; vel exi-
 guum tempus tuæ menti
 impende! considera; quæ-
 nam sit hæc principalis tuæ
 pars, & unde profecta, quæ
 reliquis omnibus utitur, quæ
 cætera omnia probat, quæ
 eligit, repudiat. Quoad
 autem in externis rebus
 versaberis, eas habebis qua-
 les nemo alius; hanc vero,
 qualem habere vis, sordida
 & neglectam.

CAP.

Κ Ε Θ. 4.

Πρὸς τοὺς ταχέως ἐπὶ τὸ σχῆμα τῶν Φιλοσόφων
ἐπιηδῶντας.

Μηδέποτε ἀπὸ τῶν κοινῶν τινα μήτ' ἐπαίσητε
μήτε ψέξετε, μήτε τέχνην τινα ἢ ἀτεχνίαν
προσμαρτυρήσητε· καὶ ἅμα μὲν πεπετείας
2 ἐαυτοὺς ἀπαλλάξετε, ἅμα δὲ κακοηθείας. Οὐ-
τος ταχέως λούεται. Κακῶς οὖν ποιεῖ; Οὐ
3 πάντως. Ἀλλὰ τί; Ταχέως λούεται. Πάντα
οὖν καλῶς γίνεται; Οὐδαμῶς· ἀλλὰ τὰ μὲν
ἀπὸ δογματίων ἐρῶν, καλῶς· τὰ δ' ἀπὸ μοχθη-
ρῶν, μοχθηρῶς. Σὺ δὲ, μέχρις ὅν καταμάθῃς
τὸ δόγμα ἀφ' οὗ τις ποιεῖ ἑκάστα, μήτ' ἐπαίνει
4 τὸ ἔργον, μήτε ψέγει. Δόγμα δ' ἐκ τῶν ἐπὶ τοῖς οὐ-
ραδίως κρίνεται. Οὗτος τέκτων ἐστὶ. Διὰ τί;
Χρήται

C A P. VIII.

*In eos qui celeriter ad suscipiendam Philosophi
personam properant.*

Numquam ob res, quæ ali-
venissimis hominibus com-
munes esse possunt, lauda-
veritis quemquam, aut re-
prehenderitis, neque ar-
tem aliquam aut imperitiam
ei tribueritis: ita simul &
a temeritate & a malévo-
lentiæ eritis immunes. Hic
cito lavat. Male ergo fa-
cit? Non utique. Quid
ergo facit? Cito lavat.

Ergone recte fiunt omnia?
Nequaquam: sed quæ a re-
ctis decretis proficiscun-
tur, ea recte fiunt; quæ
a pravīs, prave. Tu vero,
donec decretum cognoris,
ex quo quisque singula fa-
cit, nec laudato factum,
nec reprehendito. Decre-
tum autem e rebus exter-
nis non facile judicatur.
Hic faber est. Quare?
Quia

χρῆται γὰρ σκεπάδην. Τί οὖν τοῦτο; Οὗτος
 μουσικός· ἄδει γάρ. Καὶ τί τοῦτο; Οὗτος φιλό-
 σοφος. Διὰ τί; Τριβωνα γὰρ ἔχει καὶ κόμην.
 Οἱ δ' ἀγύρται τί ἔχουσι; Διὰ τοῦτο, ἂν ἀσχη- 5
 μονοῦντά τις ἴδῃ τινὰ αὐτῶν, εὐθύς λέγει, Ἴδού
 ὁ φιλόσοφος ποιεῖ. ἔδει δ', ἀφ' ὧν ἡσχημένοι,
 μᾶλλον λέγειν, αὐτὸν μὴ εἶναι φιλόσοφον. εἰ μὲν 6
 γὰρ αὕτη ἐστὶν ἡ τοῦ φιλοσόφου πρόληψις καὶ
 ἐπαγγελία, ἔχεν τριβωνα καὶ κόμην; καλῶς ἂν
 ἔλεγον. εἰ δ' ἐκείνη μᾶλλον, ἀναμάρτητον εἶναι,
 διὰ τί οὐχί, διὰ τὸ μὴ πληροῦν τὴν ἐπαγγελίαν;
 ἀφαιροῦνται αὐτὸν τῆς προσηγορίας; Οὕτω γὰρ 7
 καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν. Ὅταν τις ἴδῃ
 τινὰ κακῶς πελεκῶντα, οὐ λέγει; Τί ὄφελος
 τεκτονικῆς; Ἴδού οἱ τέκτονες οἷα ποιοῦσι κακά;
 ἀλλὰ πᾶν τοῦναντίον λέγει, Οὗτος οὐκ ἔστι τέκ-
 των, πελεκῶ γὰρ κακῶς. Ὅμοιος καὶ ἄδον- 8

Rr 3

τίς

Quia securi utitur. Quid
 ergo hoc ad rem? Hic mu-
 sicus; canit enim. Et quid
 hoc? Hic philosophus.
 Quare? Quia pallium ha-
 bet, & cæsarlem. Præ-
 stigiatores vero quid ha-
 bent? Propterea si quis eos
 aliquid indecore facientes
 videt, statim dicit, Ecce
 hoc quod facit philosophus!
 cum potius ob indecore
 facta dicendum fuerit, non
 esse eum philosophum.
 Nam si id philosophi insti-
 tutum esset atque professio,

habere pallium & cæsarlem,
 tum quidem recte dicerent:
 si illa potius est, ut nihil
 delinquat; cur non potius,
 quia professioni suæ non
 respondet, adpellationem
 istam ei admittunt? Sic
 enim in cæteris quoque fit
 artibus. Cum quis aliquem
 male dolantem ligna viderit,
 non dicit: Quid juvat
 ars fabrilis? ecce quam
 male res suas faciunt fabri!
 Sed contra potius, Iste
 non est, ait, faber; male
 enim dolat. Eodem mo-
 do,

τός τίνος εἰκούση κακῶς, οὐ λέγει, Ἴδου πῶς
 αἰδοῦσιν οἱ μουσικοί; ἀλλὰ μάλλον, ὅτι, Οὗτος
 οὐκ ἔστι μουσικός.

- 9 Ἐπὶ Φιλοσοφίας δὲ μόνης τοῦτο πάσχουσι
 ὅταν τινὰ ἴδωσι παρὰ τὸ ἐπάγγελμα τὸ τοῦ φι-
 λосоφου ποιῶντα, οὐχὶ τῆς προσηγορίας ἀφαιρῶν-
 ται αὐτὸν, ἀλλὰ, θέντες εἶναι φιλόσοφον, εἴτ'
 ἀπ' αὐτοῦ τοῦ γνομένου λαβόντες ὅτι ἀσχημονεῖ,
 ἐπάγουσι, μηδὲν ἄφελος εἶναι τοῦ φιλοσοφεῖν.
- 10 Τί οὖν τὸ αἴτιον; Ὅτι τὴν μὲν τοῦ τέκτονος πρό-
 ληψιν προσηύομεν, καὶ τὴν τοῦ μουσικοῦ, καὶ
 τῶν ἄλλων ὡσαύτως τεχνιτῶν· τὴν ταῦ φιλοσό-
 φου δ' οὐ, ἀλλ' ὅτε συγκεχυμένη καὶ ἀδιάφθρη-
 11 τὸν ἀπὸ τῶν ἐκτὸς μόνου κρίνομεν. Καὶ ποία ἄλ-
 λη τέχνη ἀπὸ σχήματος ἀναλαμβάνεται καὶ κό-
 μης; οὐχὶ δὲ καὶ θεωρήματα ἔχει, καὶ ὕλην,
 12 καὶ τέλος; Τίς οὖν ὕλη τοῦ φιλοσόφου; μὴ τρι-
 βων;

do; si quis aliquem male
 canentem audierit, non
 dicit, Ecce quomodo ca-
 nunt Musici? sed potius,
 Iste non est musicus.

Verum in sola Philoso-
 phia hoc faciunt: cum ali-
 quem contra philosophiæ
 professionem vivere vident,
 non ei aditant appellatio-
 nem; sed, statuentes phi-
 losophum eum esse, tum
 ex ipso facto sumentes hoc,
 indecore eum agere, con-
 cludunt, nullum esse Phi-

losophiæ usum. Quid in
 causa est? Quod fabri &
 musici notionem curamus,
 eodemque modo cætero-
 rum artificum; philosophi
 autem non item, sed, ut
 confusam & indistinctam, e
 rebus externis solummodo
 iudicamus. Quænam ve-
 ro alia ars exteriori solum
 habitu & coma paratur?
 neque vero præcepta etiam
 habet, & materiam, & fi-
 nem? Quæ igitur materia
 est philosophi? num pal-
 lium? Non, sed ratio.
 Qui

βῶν; Οὐ, ἀλλὰ ὁ λόγος. Τί τέλος; μή τι
 φρεῖν τρίβωνα; Οὐ, ἀλλὰ τὸ ἄρθρον ἔχειν τὸν
 λόγον. Ποῖα θεωρήματα; μή τι τὰ περὶ τοῦ
 πῶς πῶγων μέγας γίνηται, ἢ κόμη βαθεῖα;
 Οὐ, ἀλλὰ μᾶλλον ἂν Ζήνων λέγει, γνῶναι τὰ
 τοῦ λόγου στοιχεῖα, ποῖόν τι ἕκαστον αὐτῶν
 ἐστὶ, καὶ πῶς ἀρμόττεται πρὸς ἄλληλα, καὶ
 ὅσα τούτοις ἀκόλουθα ἐστὶν. Οὐ θέλεις οὖν ἰδεῖν
 πρῶτον, εἰ πληροῖ τὴν ἐπαγγελίαν ἀσχημονῶν,
 καὶ οὕτω τῷ ἐπιτηδεύματι ἐγκαλεῖν; Νῦν δ',
 αὐτὸς ὅταν σωφρονῆς, ἐξ ὧν ποιεῖν σοι δοκεῖ κα-
 πῶς, λέγεις, Ὅρα τὸν φιλόσοφον (ὡς πρέπον-
 τος λέγειν τὸν ταῦτα ποιῶντα φιλόσοφον) καὶ
 πάλιν, Τοῦτο φιλόσοφόν ἐστίν; Ὅρα δὲ τὸν
 τέκτονα, οὐ λέγεις, ὅταν μοιχεύοντά τινα γνῶς,
 ἢ λιχνεύοντα ἰδῆς· οὐδὲ, Ὅρα τὸν μουσικόν.
 Οὕτως ἐπὶ πρὸς αἰσθάνη καὶ αὐτὸς τῆς ἐπαγγελίας

R 4

λίαις

Qui finis? num ferre pal-
 lium? Non, sed rectam
 tenere rationem. Quæ
 præcepta illius sunt? num,
 quo pacto barba magna
 fiat, aut coma promissa?
 Immo potius ea, quæ Ze-
 no dicit; cognitio elemen-
 torum rationis, quale sit
 eorum unumquodque, &
 quomodo inter sese conve-
 niant, & quæ his conse-
 quentia sunt. Non igitur
 in primis videre vis, an,
 cum inlecore agit, pro-
 fessione suæ respondeat, at-

tam demum ipsum/studium
 accusare? Nunc vero tu;
 si castis es moribus, videns
 ea quæ ille prave agere ti-
 bi videtur, dicis, Ecce
 philosophum! (Quasi ve-
 ro, qui talia facit, philo-
 sophus sit adpellandus.)
 Rursusque: Hi ergo philo-
 sphi mores sunt! Atqui,
 Ecce fabrum! ecce Musi-
 cum! non clamas, cum
 aliquem horum mœchari
 nosti, aut ligurientem vi-
 des. Sic igitur tu ipse ali-
 quatenus percipis quidem
 pro-

λιάς, τοῦ φιλοσόφου, ἀπαλοισθαίνεις δέ, καὶ συ-
χρῆν ὑπὸ ἀμελετησίας.

- 15 Ἄλλα καὶ αὐτοὶ οἱ καλούμενοι φιλόσοφοι ἀπὸ
τῶν κοινῶν τὸ πρᾶγμα μετῴσιν· εὐθύς ἀναλα-
βόντες τρίβωνα, καὶ πῶγωνα καθέντες, φασίν,
16 Ἐγὼ φιλόσοφος εἰμι· οὐδὲς δ' ἔρει, Ἐγὼ μου-
σικός εἰμι· ἂν πλῆκτρον καὶ κιθάραν ἀγοράσῃ-
σὺδ', Ἐγὼ χαλκὸς εἰμι· ἂν κίλιον καὶ περιζωμα
περιθῆται. Ἄλλ' ἀρμόζεται μὲν τὸ σχῆμα πρὸς
τὴν τέχνην· ἀπὸ τῆς τέχνης δὲ τὸ ὄνομα, οὐκ
17 ἀπὸ σχήματος, ἀναλαμβάνουσι. Διὰ τοῦτο κα-
λῶς Εὐφράτης ἔλεγεν, ὅτι, Ἐπὶ παλὺ ἐπειρώ-
μην λαοθάλασσαν φιλοσοφῶν· καὶ ἦν μοι, φησὶ
τοῦτο ἀφέλιμον. πρῶτον μὲν γὰρ ἦδεν, ὅσα
καλῶς ἐποίουν, ὅτι οὐ διὰ τοὺς θεατὰς ἐποίουν,
ἀλλὰ δι' ἑμαυτὸν· ἦσθιον ἑμαυτῶ καλῶς, κατ-
εσταλμένον εἶχον τὸ βλέμμα, τῶν περιπατῶν·
πάντας

professionem philosophi,
sed rursus ab ea aberras,
& confundi te poteris me-
ra negligentia.

. At vero ipsi etiam ii,
qui Philosophi perhiben-
tur, a vulgaribus rebus
professionem suam auspi-
cantur; statim pallium in-
duunt, promissamque alunt
barbam; tum se esse philo-
sophos dicunt. Nemo ve-
ro musicum se esse dicit;
cum plectrum & citharam
mercatus est; neque fabrum
ærarium, simulatque pipe-
-

lo & perizomate est instru-
ctus: sed habitum quidem
ad artem adcommodant;
ab arte vero nomen, non
ab habitu, accipiunt. Qua-
propter recte dicebat Eu-
phrates, se longo tempo-
re disimulasse philosophize
studium, eamque disimu-
lationem sibi profuisse. Pri-
mum enim scivisse se; quæ
recte faceret, ea se non
facere propter spectatores,
sed propter semetipsum:
se sibi ipsi recte comedisse,
compositis fuisse oculis, in
deambulationibus modestæ
studuisse;

πάντα ἑμαυτῷ καὶ τῷ Θεῷ. ἕτος, ὡσπερ μό- 18
 νος ἡγωνιζομένη, οὕτω καὶ μόνος ἐκινδύνευσον· οὐ-
 δὲν ἑμοί, δρᾶσαντι τὸ ἀσχερὸν ἢ ἀκρεπές, τὸ
 τῆς φιλοσοφίας ἐκινδυνεύετο· οὐδ' ἔβλαπτον τοὺς
 πολλοὺς, ὡς φιλόσοφος αἰμαρτάνων. διὰ τοῦτο 19
 οἱ μὴ εἰδότες μου τὴν ἐπιβολὴν ἰθαύμαζον, πῶς,
 πᾶσι φιλοσόφοις χρώμενος καὶ συζῶν, αὐτὸς οὐκ
 ἐφιλοσόφουν. καὶ τί κακὸν, ἐν αἷς μὲν ἐποίουν 20
 ἐπιγινώσκεσθαι τὸν φιλόσοφον, ἐν δὲ τοῖς συμβό-
 λαις μῆ; βλέπε, πῶς ἐσθίω, πῶς πίνω, πῶς
 καθεύδω, πῶς ἀνέχομαι, πῶς ἀπέχομαι, πῶς
 συνεργῶ, πῶς ὀρέξει χρώμαι, πῶς ἐκκλίσει, πῶς
 τηρῶ τὰς σχέσεις τὰς φυσικὰς ἢ ἐπιθέτους,
 φε ἀσυγχύτως καὶ ἀπαρραποδίστως. ἐκείθεν με
 κρῖνον, εἰ δύνασαι. εἰ δ' οὕτω κωφὸς εἶ 21
 καὶ τυφλός, ἵνα μὴδὲ τὸν Ἡφαιστον ὑπο-
 λαμβάνης καλὸν χαλκία, ἀν μὴ τὸ πρῶ-

R 5

Lior

studuisse; omnia sibi & Deo
 præstitisse. Deinde, sicut
 solus certasset, ita etiam
 solum esse periclitatum. Si
 quid turpe aut indecorum
 fecisset, philosophiam non
 fuisse periclitatam; neque
 se nocuisse vulgo, quod ut
 philosophus peccasset. Qua-
 propter eos, qui suum in-
 stitutum ignorassent, fuisse
 miratos, quī fieret, cum
 omnium philosophorum fa-
 miliaritate consuetudine-
 que uteretur, ut ipse tamen
 non philosopharetur. Quid
 vero, inquit, mali fuit, si
 philosophus e factis, so-

gnoscebar, non autem ex
 insignibus? Vide, quomodo
 edam, quomodo bibam,
 quomodo dormiam, quo-
 modo tolerem, quomodo
 abstinenceam, quomodo ope-
 ram meam aliis conferam,
 quomodo adpetitione utar,
 quomodo averfatione, quo-
 modo relationes & natura-
 les & accersitas tuear, ut
 absque perturbatione atque
 impedimentis vivam. In-
 de me judica, si potes. Si
 autem ita furdus & cæcus
 es, ut ne Vulcanum qui-
 dem præclarum fabrum ju-
 dices, nisi pileolum capiti
 ejus

- λίον ἴδης περὶ τῆμεΦαλὴν περικείμενον· τί κακὸν ὑφ' οὕτως ἡλιθίου κριτοῦ ἀγνοεῖσθαι;
- 22 Οὕτως ἐλάμβανε παρὰ τοῖς πλείστοις Σωκράτης· καὶ ἤρχοντο πρὸς αὐτὸν ἀξιοῦντες φιλοσόφους συσταθῆναι· Μή τι σὺν ἠγανάκτεως ὡς ἡμεῖς, καὶ ἔλεγεν, Ἐγὼ δὲ σοι οὐ φαίνομαι φιλόσοφος; Ἄλλ' ἀπῆγε, καὶ συνίστα, ἐνὶ ἀερούμενος, τῷ εἶναι φιλόσοφος· χαίρων δὲ καὶ ὅτι μὴ δοκῶ, οὐκ ἐδάκνυτο· ἐμέμνητο γάρ τοῦ ἰδίου ἔργου.
- 24 Τί ἔργον καλοῦ καὶ ἀγαθοῦ; Μαθητὰς πολλοὺς ἔχεν; Οὐδαμῶς· ὄψονται οἱ περὶ ταῦτο ἐσπουδακότες· Ἄλλὰ θεωρήματα δύσκολα ἀκριβοῦν; Ὀψονται καὶ περὶ τούτων· εἰ ἄλλοι.
- 25 Πῦ σὺν αὐτός; καὶ τίς ἦν, καὶ εἶναι ἤθελεν; Ὅπου βλάβη καὶ ὠφέλεια· Εἰ μὲ τίς, φησὶ βλάβη δύναται, ἐγὼ οὐδὲν ποιῶ· εἰ ἄλλον περιμένω ἵνα με ὠφελήσῃ, ἐγὼ οὐδὲν εἰμι· θέλω τι
καὶ

ejus impositum videss; quid mali est, a iudice adeo stolido non cognosci?

Sic maximæ parti hominum ignotus erat Socrates: veneruntque ad eum qui peterent, ut philosophis ab eo commendarentur. Num ergo succensebat illis, ut nos; dicebatque, Ego vero tibi philosophus non videor? Immo adducebat illos, & commendabat; hoc uno contentus, quod philosophus esset: & gaudens quoque quod talis non videretur, non mordebat. Memi-

nerat enim sui munera. Quodnam est boni & sapientis viri munus? Discipulos multos habere? Nequaquam: viderint isti quibus ea res studio est. At præcepta difficilia subtiliter explicare? Viderint & hoc alii. Ubi ergo ipse? & quis erat, atque esse volebat? *Ibi se ipsum esse ratus est*, ubi damnum ipsum & emolumentum posita essent. Si me quis, inquit, lædere potest; ego nihil ago: si alium exspecto, ut me iuvet; ego nihil sum. Volo aliquid, & non

καὶ οὐ γίνεται· ἐγὼ ἀτυχῆς εἰμι. Eis τοσοῦτο 26
 σκάμμα προεκωλεῖτο πάντα ὄντιναοῦν, καὶ οὐκ
 ἂν μοι δοκῆ ἐκστῆναι οὐδενί· τί δοκεῖτε; κατ-
 αγγελῆλων καὶ λέγων, Ἐγὼ τοιοῦτος εἰμί; Μὴ
 γένοιτο· ἀλλὰ ὦν τοιοῦτος. Πάλιν γὰρ τοῦτο 27
 μαρσοῦ καὶ ἀλαζόνος· Ἐγὼ ἀπαθῆς εἰμι καὶ ἀτά-
 ραχος· μὴ ἀγνοεῖτε, ὦ ἄνθρωποι, ὅτι ὑμῶν κυ-
 κωμένων καὶ θορυβουμένων περὶ τὰ μηδενὸς ἄξια,
 μένος ἐγὼ ἀπήλλαγμαί πάσης ταραχῆς. Οὐ- 28
 τως οὐκ ἀρεκεῖ σοι τὸ μηδὲν ἀλγεῖν, ἂν μὴ κη-
 ρύσης, Συνέλθετε πάντες οἱ ποδαγρῶντες, οἱ κε-
 φαλαλγοῦντες, οἱ πυρέσσοντες, οἱ χολοὶ, οἱ τυ-
 φλοὶ, καὶ ἴδετέ με ἀπὸ παντὸς πάθους ὑγιᾶ;
 Τοῦτο κενὸν καὶ φορτικὸν, εἰ μή τι, ὡς ὁ Ἄσκλη- 29
 πιδος, εὐθὺς ὑποδείξαι δύνασαι, πῶς θεραπεύ-
 οντες· εὐθὺς ἔσονται ἄνοσοι καὶ κείνοι, καὶ εἰς τοῦτο
 φέρετε παράδειγμα τὴν ὑγίειαν τὴν σεαυτοῦ.

Τοι-

nen fit? ego miser sum.
 In tantum certamen quos-
 libet provocabat; neque
 cuiquam cessurus mihi vi-
 detur. Quid putatis? ita
 eum fecisse hoc, ut denun-
 ciaret, diceretque, Ego
 sum talis? Absit: nil aliud
 egit, nisi ut talis esset. Est
 enim rursus hoc & stulti &
 arrogantis, dicere: Ego
 sum perturbatione & tu-
 multu vacuus; nolite igno-
 rare, homines, dum vos
 tumultuamini, & de rebus
 nullius pretii digladiamini;

ego solus omni tumultu
 sum liber. Itane tibi non
 satis est nihil dolere, nisi
 proclamaveris, Convenite
 omnes qui e pedibus, e
 capite, qui feбри laboratis,
 convenite cæci, ac videte
 me ab omni malo salvum!
 Hoc inane & importunum
 est; nisi, sicut Æsculapius,
 statim demonstrare possis,
 qua curatione utentes &
 ipsi sanari a morbo possint,
 & nisi ejus rei documē-
 tum tuam sanitatem pro-
 feras.

Nam

30 Τοιοῦτος γάρ ἐστιν ὁ Κυνικός, τοῦ σκήπτρου
καὶ διαδήματος ἠξιωμένος παρὰ τοῦ Διός, καὶ
λέγων· Ἴν' ἴδητε, ὦ ἄνθρωποι, ὅτι τὴν εὐδαιμο-
νίαν καὶ ἀταραξίαν οὐχ ὅπου ἐστὶ ζητεῖτε, ἀλλ'
31 ὅπου μὴ ἐστίν· ἰδοὺ ἐγὼ ὑμῖν παράδειγμα ὑπὸ
τοῦ Θεοῦ ἀπέσταλμαι, μήτε κτῆσιν ἔχων, μήτε
οἶκον, μήτε γυναῖκα, μήτε τέκνα, ἀλλὰ μὴδ'
ὑπόστρωμα, μὴδὲ χιτῶνα, μὴδὲ σκεῦος· καὶ ἴδε-
τε, πῶς ὑγιαίνω· περὰ δεητέ μου. καὶ ἴδητε
ἀτάραχον, ἀκούσατε τὰ Φάρμακα, καὶ ὑφ' ὧν
32 ἰθεραπεύθη. Τοῦτο γάρ ἦδη καὶ Φιλάνθρωπον
καὶ γενναῖον. Ἄλλ' ὁρᾶτε, τίνος ἔργον ἐστὶ τοῦ
Διός, ἢ ὃν ἂν ἐκεῖνος ἀξίον κρίνῃ ταύτης τῆς
ὑπηρεσίας, ἵνα μηδαμῶς μηδὲν παραγυμνώσῃ πρὸς
τούς πολλούς, δι' οὗ τὴν μαρτυρίαν τὴν αὐτοῦ,
ἣν τῇ ἀρετῇ μαρτυρεῖ, καὶ τῶν ἐκτὸς καταμαρ-
τυρεῖ, αὐτὸς ἀκυρον ποιῆσῃ.

Οὐτ'

Nam talis est Cynicus, sceptro & diademate a Jove ornatus, qui ait: Ut intelligatis, homines, felicitatem & tranquillitatem vos non ubi est quaerere, sed ubi non est; ecce, ego vobis exemplum a Jove sum missus, qui nec rem habeam, neque domum, neque uxorem, neque liberos, immo ne stragulum quidem, nec tunicam, nec vasculum. Videte, quam sanus sum; facite mei periculum. Quod si omni

perturbatione vacuum videritis, audite medicamenta, & quibus rationibus sum curatus. Hoc enim jam & humanum est, & generosum. Sed videte, cujus opus sit; Jovis, aut ejus quem is tali ministerio dignum judicavit, ut nusquam quidquam nudet apud vulgus, quo testimonium suum, quod virtuti perhibet, & quod contra res externas dicit, ipse irritum faciat.

Ne

Οὐτ' ἀχρήσαντες χροῶς κάλλιστον, οὔτε παρειῶν
Δάκρυ' ἔμορξάμενον.

Καὶ σὺ μόνον τοῦτο, ἀλλ' οὐδὲ ποθοῦντά τι ἢ 33
ἐπιζητῶντα, ἀνθρώπων, ἢ τόπον, ἢ διαγωγὴν, ὡς
τὰ παιδία τὸν τρυγητὸν ἢ τὰς ἀργίας· αἰδοῖ παν-
ταχοῦ κεκοσμημένον, ὡς οἱ ἄλλοι τοίχους καὶ θύ-
ραις καὶ θυρωροῖς.

Νῦν δ' αὐτὸ μόνον, κινήθεις πρὸς φιλοσο- 34
φίαν, ὡς οἱ κακοστόμαχοι πρὸς τι τῶν βρωμά-
των ὃ μετὰ μικρὸν σικχαίνειν μέλλουσιν, εὐθύς
ἐπὶ τὸ σκῆπτρον, ἐπὶ τὴν βασιλείαν. καθέκασ-
τὴν κόμην, ἀνείληφε τρίβωνα, γυμνὸν δεκνύει
τὸν ὄμιον, μάχεται τοῖς ἀπαντῶσι· καὶ ἐν Φαι-
νόλη τινὰ ἴδη, μάχεται αὐτῶ. "Ἀνθρώπε, χει- 35
μάσκησον· πρῶτον ἰδοῦ σου τὴν ἔρμην, μὴ κα-
κοστομάχου ἢ κισσώσης γυναικὸς ἔστιν. ἀγνο-
εῖσθαι μελέτησον πρῶτον τίς εἶ· σαυτῶ φιλοσόφη-
σον

*Ne pallore cutis decor of-
fundatur honeste,
Et molles oculis lacrymæ
stillantibus absint.*

Et non hoc solum, sed &
ut ne desideret quidem aut
requirat quidquam; non
hominem, non locum, non
delectationem, quemad-
modum pueri vindemiam
aut ferias: denique ut sit
verecundia undique testus,
quemadmodum cæteri pa-
rietibus, foribus, janitori-
bus.

Nunc autem vix primo
impulsu animorum ad phi-

losofiam excitati, sicut il-
qui e stomacho laborant ad
aliquod edulium quod pau-
lo post fastidiant, statim
veniunt ad sceptrum, ad re-
gnum: promissam alunt
cæsariem, induunt pallium,
nudum humerum ostentant,
rixantur cum obviis; si
quem in penula viderint,
pugnant cum eo. Homo!
domi te sedulo prius exer-
ce; observa tuum impetum;
ne sit hominis e stomacho
aut mulierculæ pica labo-
rantis; da primum operam,
ut ignoscere qui sis; tibi
ipfi

- 36 ρον ὀλίγον χρόνον. Οὕτω καρπὸς γίνεται κατε-
 ρυγῆναι δὲ ἐπὶ τινὰ χρόνον τὸ σπέρμα, κρυφθῆ-
 ναι, κατὰ μικρὸν αὐξηθῆναι, ἵνα τελεσφορηθῆ.
 ἂν δὲ πρὸ ταῦ γόνυ φῦσαι τὸν στάχυν ἐξηνεγῆ
 37 ἀτελές ἐστίν, ἐκ κήπου Ἀδωνιακοῦ. Τοιοῦτον ἔ-
 και σὺ φυτάριον· θάρττον τοῦ δέοντος ἦνθηκας,
 38 ἀποκαύσει σε ὁ χειμών. Ἴδου, τί λέγουσιν οἱ
 γεωργοὶ περὶ τῶν σπερμάτων, ὅταν πρὸ ὄρας
 θερμασίαι γέωνται· ἀγωνιώσι μὴ ἐξυβρίσῃ τὰ
 σπέρματα, ἅτα αὐτὰ πάγος εἰς λαβῶν ἐξελέγξῃ.
 39 Ὅρα καὶ σὺ, ἄνθρωπε· ἐξυβρικός, ἐπιπεπήδηκας
 βοξαρῖω πρὸ ὄρας· δοκεῖς τις εἶναι μωρὸς παρὰ
 μωροῖς· ἀποπαγήσῃ, μᾶλλον δ' ἀποπέπηγας ἢδὲ
 ἐν τῇ βίβῃ κάτω, τὰ δ' ἄνω σου μικρὸν ἐτι
 ἀνθεῖ, καὶ διὰ τοῦτο δοκεῖς ἐτι ζῆν καὶ θάλα-
 40 λην. Ἄφες ἡμᾶς γε κατὰ φύσιν πεπανθῆ-
 ναι. τί ἡμᾶς ἀποδύεις; τί βιάζῃ; ἄπῳ δυ-
 νάμεθα

ipfi philosophare ad breve
 tempus. Sic fructus nasci-
 tur: defodi oportet & ali-
 quamdiu occultari semen;
 tum paulatim auferere, ut
 maturitatem consequatur:
 sed si spicam ante genicu-
 lum protulerit, imperfe-
 ctum est frumentum, ut
 ex Adonidis hortis. Hu-
 jusmodi plantula & tu es:
 ante tempus floristi, ex-
 huret te hyems. Vide quid
 dicant agricolæ de semini-
 bus, quando ante tempus
